

P V I S

1 6 1 8



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

EF 14



# MOSEIS

*De rebus gestis Mosis, in exitu  
Israëliitarum ex Aegypto:  
Per Libros quatuor, Heroico carmine  
Ad imitationem Aeneid. Virg.*

Deducta,

Ab

VLRICO BOLLINGERO

Art. M. & P. Cor. Illustris Scholæ Be-  
benhusanæ Præceptore in Ducatu  
VVürtembergico.




Francoforti. ad Mœnum apud Nicolaum Bassæum.  
M. D. XCVII.







  
**REVERENDIS  
ET CLARISSIMIS VI-  
RIS, THEOLOGIS ET ABBA-  
tibus : qui sunt á negotijs & cau-  
sis Prouinc. VVür-  
tenberg.**

*Magnificis item & Consultissimis L L.  
Doctoribus.*

**D. Nicolao Varenbylero, Patri, Con-  
siliario VVurtenberg. primario :  
&**

**D. Martino Aichmanno: Curiã ibi  
supremo & intimo &c.**

S. P. D.

**I**N Christo IESV, &c. In hoc opere  
Moseidos meæ Reuerendi, & Ma-  
gnifici viri, peregrinationem Israë-  
litarum ex Aegypto, in terram Ca-  
nanæam ( Ducibus Mose & Arone fratribus,  
An. Mundi 2453. susceptâ ) ex ipsis libris Mo-  
saicis, versu heroico descripturus, de imitan-  
da Aeneide Virgilianâ cogitauit: tam quod  
ad ipsam tractationem, quam quod ad nume-  
rum & *методов*, librorum attinet.

Virgilius libro primo suæ Aeneidos, per

A 2 ma-



## EPISTOLA

mare Siculum Carthaginem vsque AENEAM  
ad Didonem ducit: vbi hospitio suscipitur  
ille, & conuiuio instituto, rogatu Didonis ca-  
sus erroresque suos narrare parat: Sic ego  
libr. 1. Moseid. per mare rubrum, Mosen cum  
populo transeuntem vsque ad montem Ho-  
rebum constituo: hoc artificio vt ibi Iethro-  
nis conuiuantis hospitis monitu, Moses de  
suis periculis Aegyptijs, exponere velit: Tra-  
ctatur hic Liber à 17. vers. cap. 13. Exod. vsque  
ad vers. 13. cap. 17. eiusdem.

Interim tamen descriptio Iethronis & ca.  
2. vers. 16.

Item Genalogia Mosis è cap. 6. vers. 14.  
nec non eiusdem oratio, psalmus 90. artifi-  
ciosè inferuntur.

AENEAS libr. 2. & 3. apud Virgil. sua pericu-  
la coram Didone & Tyrijs recenset: Ita Mo-  
ses Libr. 2. & 3. Moseidos, sua miracula & pla-  
gas Aegyptias, Iethroni socero suo narrat.  
Sic deducitur Liber 2. à cap. 1. Exod. vers. 7.  
vsque ad caput decimum: Ibi liber 3. incipit,  
continuatq; narrationem vsq; ad vers. 17. c.  
13. Exod. vbi Moses dicendi finem facit.

Quare tota historia, quæ est in Exodo, per  
decem & septem capita: de Natiuitate immer-  
sione, adoptione, de exilio, coniugio & redi-  
tu Mosis: de populi transitu per mare, de pa-  
schatis festiuitate, de plagis & interitu Aegy-  
ptiorum

Argumentum  
libri primi  
Moseid.

Argumentum  
libri 2. & 3.  
tertii,



## DEDICATORIA.

ptiorum &c. suo tamē ordine Poëtico, hi tres libri artificiosè pertractant.

Apud Virgilium Libr. 4. AENEID. varia sunt, quibus tamen mea quædam Libr. 4. MOSEIDOS conueuiunt: Ibi consilium de cōiugio Didonis, hic de constituendis Iudicibus: Ibi amoris crimen, hic vituli aurei peccatum: Ibi classes restaurantur, hic sacrum tabernaculum extruitur: Ibi poena impudiciæ, hic violati Sabbathi suppliciū: quæ historia tragica, è Leuit. cap. 20. petita, hoc tamen loco & tēpore gesta, non malè hunc librum claudere videtur.

*Argumenti  
Libr. 4.*

Iam vero & reliqui libri sic erunt instituendi, vt Virgilianis tam numero, quam tractatione respondeant. qui certè labor nō erit vnius anni, sed plurium, vt penè vitio mentis tantum opus aggressus mihi videar: id quod Optimus Poeta de sua AENEIDE dixit, in qua per duodecim integros annos elaborauit. Dabo tamen operam, si ME DEVS superstite esse voluerit, vt reliquos octo libros, quos ad numerum Virgilianum addere cogito, AENEIDE CYNOSURA, in lucem proferam, cum omnibus historijs Pentateuchi totius, siue *ῥων* siue *ἑχυνυ μεθόδω* insertis.

*De reliquis  
Mosesdos li.*

Quam etiam ob causam, Reuerendi & Magnifici viri, vos ego S. S. Theologiæ Doctores, quibus sacras literas primus Moses,

*Ratio dedi-  
cationis.*

A 3 digi-



## EPISTOLA

digito Dei scriptas protulit, & Ecclesijs proponendas reliquit: vos Abbates, & patres eorū, qui in ijs discendis suam ponunt operam, hac epistola dedicatoria cōpellare, & de patrocinio huius operis rogare volui, vt hic balbutiens meus Moses, suos vos Arones habeat quorum opera ex AEgyptijs tenebris in lucem emergere possit.

*Abbas Beben-*  
*sanus.*

Et quidem primum hunc librum, præfili meo Bebenhusano, EBERHARDO BIDENBACHIO multis nominibus dedico: vt qui olim parentem meum, & successu temporis me filium, sua disciplina & exercitijs Theologicis, magnâ cum dexteritate & beneuolentiâ instituit: iam verò per totos septem annos, quo me Scholæ suæ Præceptorem habet, singulari humanitate cōplectitur: adeoq; senex optimus, de mea familia domesticâ, ex quo ante bienniū maritus & nato deinde filio, pater sū factus, benè mereri nō cessat cui profectò aliquâ animigratitudinē declarare debui. Secundum verò librum M. Ioann. Stæchero, Præposito Dencendorpæo: Tertiū M. VVilhelmo Holdero, antiquissimi Cœnobij Maulbronnæj Antistiti, sacrum esse volui vt magnū Ecclesiasticum hoc opus, suis etiā magnis patronis gauderet, qui Ecclesiæ colūnx cum eruditione & prudentiâ suâ, simul etiam pietatis studium coniungerent.

*Præpositus*  
*Dencendor-*  
*pæus.*

*Abbas Maul-*  
*bronnæ.*

Quar-



## DEDICATORIA.

Quartū verò librum, qui plura Politica continet, viris Magnificis, D. Nicolao Varēbylero *D. Nicol. Va.*  
Juris Professori. Academiae Tybing. emerito: *renbylerus.*  
Auūculo meo magno, &c. & D. Martino Aichmanno, VVirtenberg. Cancellar, quē vocant, dignis. Affini meo omnibus modis colendo, &c. vtrisq; illis, pro infinitis beneficijs, in me meosq; collatis offero, Nam ille quidē, meum auum maternū Vlricum Varenbylerū fratrem habuit, quo in castris, apud Cæsarem Carol. V. vt à matre accepi defuncto, relictos ille orphanos, in suū conuictū receptos apud se Tybing. educauit: Matri meę charissimę de cōiugio honesto deinde prospexit, & ex eo tempore plurimis maximis meritis cumulauit: natu maximū, fratrem meum Ioannem, piæ memoriæ, vltra quinque annos inter domesticos aluit: post obitum patris mei desideratissimi, viduam domum multis modis subleuauit: & hoc ipso tempore, vltra octennium, meam sororē Agathan domi suæ viuentē habet: adeoque nobis vtroq; parente orbatis (ante nostram ætatem adultā, patre quidē, An. Dom. 85. 19. Sep. matre verò An. Dō. 93. Feb. sibi maturè satis, nobis admodū intempestiuè, ex hac vita ad Deum euocatis) opera & cōsilio suo tantum profuit, quantū nemo alius. Me quidem summo amore cōstanter amplectitur quod tū alibi tum in contrahēdo matrimonio meo, anno superiore, ita mihi declarauit, vt si vel pater adhuc in viuis fuisset: aliter non potuerit.

A 4 Ea



## EPISTOLA

*E. Martinus  
Aichmannus*

Eodem modo, affinitate mihi iunctus  
Martinus Aichmannus, bone DEVS, quam  
multa parētibus & mihi præstitit, ex eo tem-  
pore, quo ad Curiam Studtguardianam redijt,  
Vbi me ad visitandam ibi Scholam è vicino  
pago VVangæo, miserant parentes filium ille  
suum Sebastianum, mihi comitem scholas-  
ticum adiunxit nonnūquā lectiones auditas  
repetijt: cum ad studium Poeticum, nescio  
quā lunge me trahi animaduerneret, animū  
mihi addidit: libellos donauit: interdum dex-  
tram meam ære grauem reddidit: & denique  
alteram sororem meam minorennē, in hunc  
vsque diem, apud se liberaliter sustentat: nec  
est vlla pars beneuolentiæ & humanitatis,  
quam in me meosque non contulerit: quod  
olim de hoc viro benè scripsi.

*Non oculi, non sic animus mihi carus, vt ille,*

*Quo duce Musarum pars quota facta fui.*

De studijs huius viri Poëticis non dicam:  
de quibus res ipsa loquetur suo tempore: li-  
ceat tamen mihi, quod olim Propertio:

*Cedite Romani Scriptores, cedite Graij,*

*Nescio quid maius nascitur Iliade.*

*Status Iuris.*

Denique ipsa huius libri quarti materia,  
non alios, quam Legum Doctores postulat:  
quos inter hi duo viri, maximis laudibus ef-  
feruntur. Hic Status Iureconsultorū elegan-  
ter est expressus: & vtriusque tabulæ L. L. non  
tam



## DEDICATORIA.

tam ad Theologos, quam ad Iustitiæ Sacerdotes pertinent.

Ego quidem mihi polliceor, alios etiam, qui sunt à Consilijs Principum, & Reipubl. administratione, horum exemplo hunc meum laborem approbaturus: cogitâtes de virtutibus illis, quos Moses noster in hominibus clauum Politicum gubernantibus requirit: Quam enim *ἐμφατινὰ* sunt illa?

— *recte discernite causas*

*Seu vestra gentis, seu Ius miser aduena poscat:*

*Non facies hominis, vos iustâ à lege reflectat,*

*Et promptis animis aures præbete benignas*

*Supremis minimisq; viris: & nemo potentum  
Terrorem incutiat. diuino munere Iudex*

*Fungitur: ipsa Dei vox est, vox Iudicis æqui.*

Peto igitur à vobis Nobilissimi viri patroni vt hanc Moseidem meam, vobis commendatam esse velitis: subeat animis vestris generosissimis, & mansuetissimis pariter, aliud genus gratitudinis, quo vos colerem, iam quidem non fuisse: in eo tamen me totis viribus incumbere, vt quouis tempore gratum, promptum & paratum habeatis. Valete. Dat. ex Ill. Schola Bebenhausana VVirtenbergica Anno à nato Christo Saluat. 1597. & Ian.

M.M.&D.D. vestræ

Deuinctissimus.

Vlricus Bollingerus, P.C.

Sch. ibi Rector.

A s

Ad



LIBER PRIMVS

Ad eosdem Meccenates suos Elegiæ  
olim scriptæ.

E libr. 4. Elig. 1.

Ad R. D. Abbatem suum, Eberhard. Biden-  
bachium: S. S. Theologiæ Doctorem.

Bidenbacchiacæ spes ô fidissima gentis,  
O Bebenhusanæ Cœnobiarcha domus:  
Ecquid adhuc sentis mœstos in pectore motus  
Ob dulcis nata tristia fata tua?  
Ipsemet ingenij, tristes genuere Camœnæ,  
Indulsi lachrymis & Schola tota suis.  
Desine iam tandem pater, & iam comprime fletum  
Tristitiæ tandem contrahe vela tua.  
Iamq; tibi veterum subeant exempla virorum  
Legitimum flendi qui posuere modum.  
Maximus Isaias Iudææ sceptriger oræ.  
Alter Niliaci Rex opulentus agri:  
Ille sui nati, patris hic, ob funera fleuit,  
Hebdomas at mœstis fletibus vna fuit.  
Tempus habent fletus, & habent sua gaudia tempus,  
Legitimis agitur tempus vtrunq; modis.  
Postulat hoc præsens iterum tua gaudia tempus,  
Et letos motus pectoris esse iubet.  
Quod tuus hic senior Ioannes nomine natus  
Iuridici nomen laureolamque capit.  
Gratulor, ô Eberharde tibi dignissime Præsul,  
Gratulor & nato terque quaterque tuo.  
Ille Dicæosynæ vindex, custosque Themistos  
Qualis Aristides, Baldus, & Ivo fuit.

Ille



MOSEIDOS.

1

Ille bonus linguâ, qualis Neleius olim,  
 Et Laeriades ille disertus erat.  
 Seu libeat vario voces depingere flore,  
 Seu dare succinctis acria verba modis.  
 Ille sagax animis & cauto pectore prudens,  
 Prudenter causas & sapienter agit.  
 Est tibi natorum par nobile, sitq; precamur,  
 Præsides hic templo præsidet ille foro.  
 Iunior hic annis patrique per omnia compar  
 Nomine doctrina, sedulitate fide.  
 In sacris adeo tua per vestigia tendit  
 Ut non sit quondam te genitore minor.  
 Iam tua Cygnæas imitantur tempora plumas,  
 Et iam te canum mœsta senectâ premit.  
 Macte repubescos in natis talibus istis.  
 Et tua sic etiam fama perennis erit,  
 Vixisti multos multos viuesq; per annos  
 Vota dabit pondus Christus habere suum.  
 Ipse meus Genitor sub te iam præfule vixit  
 Discipulos inter pars fuit ille tuos.  
 Post ego tres annos sub te quoq; Præsule vixi  
 Inter discentes vnus & ipse fui.  
 Iamq; tui per sex hyemes commissa Lycæi  
 Sceptra gero, quondam sceptrâ verenda mibi.  
 Viue pater grandæuæ, senectutisque labores  
 Ut valeas leuiter sustinuisse VALE.

E Libr. 7. Eleg. 5.

Ad Nicolaum Varenbylerum: V. I. D.  
 suum auunculum magnum, &c.

DM



LIBER PRIMVS

Dum tibi Nicolei lux fœlicissima surgit  
 Qua prorsus dextro sidere natus eras.  
 Varnbylere meis spes ò fidissima rebus,  
 O semper Musis portus & aura meis.  
 Gratulor ex animo fundoq; precantia verba,  
 Vt redeat semper lux ea fausta tibi.  
 Vt tot natales videas, quot primus Adamus  
 Aut quæ vita patrum longior vlla fuit.  
 Alme Deus longæ qui confers munera vitæ  
 Tu Varnbylerum da superesse meum.  
 Ille mihi pater alter adest, viduosq; penates  
 Adiuuat, & rursus crescere posse facit.  
 Is mihi prospexit pulchra de coniuge nuper  
 Quæ Machtolffæo sanguine nata fuit.  
 Sancte senex, grates soluam tibi deinde perennes  
 Tu modò perficias quod mihi restat opus.  
 Hic animus dubitat festiuè gaudia lucis  
 Tempore quo, quonam sint peragenda loco.  
 Hac pars Eslingam pars consulit illa Tybingam  
 Qua possim socios concelebrare thoros.  
 At quia tu cari partes hucusq; parentis  
 Egisti votum da mihi quæso tuum.  
 Dic mihi magnæ senex, vbi sit locus illo parandus  
 Quo faciam festum connubiale meum.  
 Maxima pars præfert, & non sine mente Tybingam  
 Si fieri poterit commoditate tua.  
 At metus est, ne forte tuæ res illa senectæ  
 Sit grauis, aut rebus forte molesta tuis.

Tu



Tu potes, affer opem, per te staboque cadamque  
 Quis tandem festo sit locus ille meo.  
 Esse moras in amore graues sententia vulgi est  
 Hoc miser exemplo nunc ego disco meo.  
 Vna dies toto durat mihi longior anno  
 Non animo requies ducitur vlla meo  
 Te modo longæuum te saluum fata reseruent  
 Conuiuas possis inter vt esse meos.  
 Iam tua Cygneas imitantur tempora plumas  
 Et tua iam vitæ lustra bis octo tenes.  
 Tu quoties cano mihi soluis ab ore loquelas  
 Cum mense capio prandia sæpe tuæ  
 Tum Patriarcharum videor mihi cernere vultus  
 Isace siue tuos siue Iacobe tuos.  
 Par illis facie, par es virtutibus illis  
 Par est progenie filioli que tuis.  
 Quod superest, sic natalis tibi sæpe recurrat  
 Sic eat vt felix, vt sine nube, Vale.

E. Libr. 4. Eleg. 5.

Ad D. Martin. Aichmannum: V. I. D.  
 Cancellar. V Virtenberg. Affin. suum.

Hanc Bollingerus mittit Martine salutem  
 O vir Astræi gloria prima fori.  
 Ille tuum multa condignum laude libellum  
 Accepit strenæ munera grata tua.  
 Quas tibi condignas possit persoluere grates  
 Non habet, estque suo munere Musa minor.  
 Materiam propter donantis amorem  
 Accepto fixit basia multa libro,

Acci-



LIBER PRIMVS

*Alciden alij scribant Oetaeaeq; busta,  
 Et reditum vitae, mortuae Glauce, tuae.  
 Aeneam alij coelesti sede receptum  
 Aut numeris fictis Oariona canant.  
 Ille Iouem Coeli delapsum fingat ab arce,  
 Qui flauo Danaes incidit umbre sinum.  
 Omnia sunt isthaec nugacia, friuola, vana,  
 Impia, Christioclis non celebranda viris.  
 At tu qui scribis duros Aichmanne labores,  
 Saluantis Christi vulnera, flagra, necem.  
 Quaeque resurgentis fuerit victoria quando  
 Tertia Phaebo luxit ab axe dies.  
 Utque poli tandem super ardua tecta leuatus  
 Miserit Aurai numina sancta sua.  
 Dic mihi, quem laudem tali pietate mereris?  
 Quae tibi Rex Christus praemia digna dabit.  
 Te super hanc terram faustum, super astra beatum  
 Participem Regni reddet & ille sui.  
 Iam cape, quod nuper te sic mandante coemi  
 Stigely septem grande Poëma libris.  
 Istud opus magnum paruo diuenditur ere  
 Exuperans precium nobilitate sua.  
 Carmina tot medio licet ex Helicone petita  
 Floreni veniunt vnus ere dati.  
 Nonne Philippæum pro carmine Cherilus vno  
 Cherilus arte rudis Principe dante tulit?  
 Quid queror? hac quonia non sunt satis aqua Camænis  
 Tempora, non Musis dignus habetur honos.*



*Tu meliorq̄, magis que fauens, Aichmanne, Poëtis.*

*AERE tibi multo carmina docta paras.*

*AES perit, & quo vix res est preciosior, aurum:*

*Sola Poëtarum carmina docta manent.*

*Sic age, perge bonis Aichmanne, fauere Poëtis*

*Equorum numero me precor esse velis.*

*Alia Elegia è Libr. 7.*

*De eodem suo patrono Mart. Aichman.&c.*

*Ad Clariss. virum M. Eberhard Cellium.*

*Esse salutatum qua te iubet, optime Celli,*

*A Bollingero littera missa venit,*

*Ipsè tua vates qui fundis ab vbere venâ*

*Imprimis & graphicis carmina docta typis.*

*Heu, nobis fuerit non excusabile crimen.*

*Non hoc abluerit dedecus vnda Nicri.*

*Ille Poëtarum Mecœnas optimus vnus*

*Quem Dux, quemque Ducis curia tota colit.*

*O ptimus Aichmannus sociali Lege maritum*

*Coniunxit natae per bona fata suæ.*

*VRMVLVMVV olffsingea de stirpe creatum*

*Qui decus est Aula, Dux FRIDERICE, tuæ.*

*Et tamen hic nostræ penitus tacuere Camœnæ*

*Et dedimus sacris carmina nulla thoris.*

*Grande nefas equidem si nobis nulla fuisset*

*Quæ tulit in paruo tempore causa moram.*

*Grande nefas Bollingero qui plurima debes*

*Aichmanni meritis consilijsq̄ bonis.*

*Quod puer Aonias fœliciter imbibit artes:*

*Quot teneris meruit laureaserta comis.*

*Quod*



LIBER PRIMVS

Quod Sparta, quod coniugio nunc gaudet honesto  
Et vita sentit commoda quaeque suae.  
Aichmanno debet, per quem pater almus Olympi  
Non mihi sat digno munera tanta tulit.  
Qualis Mœcenas Sturmerus vixit Erasmus  
Per vates toto notus in orbe suos.  
Talis & hic nostris Aichmannus viuit in oris,  
Qui fert Pierijs munera multa viris.  
Aspice nunc igitur sua quae, vir magne, Poëta  
Ad festum generi vota tulere tui.  
Aspice quae docta conscripsit CELLIVS arte  
Nuper & praelo prodidit ipse suo.  
Ipse tuas generique tui Sponsaque puella  
Virtutes veras, me quoque teste canit  
Vt tua se totum virtus extendat in orbem  
Vt sis principibus gratus vbique viris.  
Vt natum natamque tuam cum laude locaris  
Quam cernis proprias incoluisse domos  
Vt Gener VRMULLVS generoso sanguine cretus  
Exsuperet morum nobilitate genus.  
Fœlices illos quos fata benigna reseruant  
Tam benè progeniem posse locare suam.  
Hæc nos excusare tibi vir maxime possunt,  
Ver sibus in nostris quod mora tarda fuit  
At tu Celliacæ pulcherrima gloria gentis  
Quem celebrat vatem, docta Tybinga, suum  
Dum chalcographicum fœlici sidere proelum  
Instruis, & nomen spargis in orbe tuum.

Ne



*Neprecor Aichmanni veniant obliuia nostri  
 Qui pater Aonijs vatibus esse solet  
 Audiat haec quae Posteritas, & serior aetas  
 Maiori studio carmina nostra leget.*

## Alia Elegia

*De eodem suo D. Aichmanno: Ad filium Se-  
 bastianum, Nuptias celebrantem.*

*Quae fert optatam, perchare Sebaste, salutem  
 A Bollingero missa Camœna venit.  
 Audio te nuper formâ praestante puellam  
 Consortem thalamis associasse tuis.  
 Quae fuit Helleri priscâ de stirpe Iacobi  
 Edita virginei fama decusq; chori.  
 Sponsio facta fuit: concessi gaudia lecti  
 Nunc erit vt Sponsus percipienda feras.  
 Quando Nouembrales tibi tertius ante Calendas  
 Sidere pergrato Lucifer ortus erit.  
 Ante Sacerdotem sacram tu Sponsus ad aram  
 Stabis, vt exores ad tua cœpta DEVM.  
 At mihi deinde foret non excusabile crimen  
 Ni ferrem numeris haec tibi vota meis  
 Tu primis fueras mihi commendatus ab annis  
 Iunctus eras puero tu puer ipse mihi.  
 Tempore quo magni, qui te genuere parentes  
 Cœperunt nostros incoluisse locos.  
 Ille tuus Genitor, quo VVürtenbergica gaudet  
 Curia, me studijs iussit adesse tuis.*

B

Hacte-



LIBER PRIMVS

Haëtenus & meritis adeò cumulauit, & auxit  
Vt grates possim non retulisse pares.  
Ille meis arte dedit incrementa Camœnis  
Iussit in Aonijs fortiter ire vijs.  
Sæpe mihi dixit: Musis operare nouenis  
O puer, hoc studium non tibi turpe puta.  
Tempus erit magnum referes per carmen honorem  
Gratus eris Ducibus Principibusque viris.  
Talibus auscultans monitis ita carmen amaui  
Vt fertur Daphnen Phæbus amasse suam.  
Hanc igitur quiquid possum præstare per artem  
Nonne tuo patri debeo? nonne tibi?  
Quid dicam Pater ipse tuus, quam sæpe Mineruam  
Quantum concedunt aspera Iura, colat.  
Hunc Mecœnatem cantantque Poëta  
Cæseris Augusti tempore qualis erat.  
Hinc Aichmanne, tuo quam plurima carmina festo  
Pro se certatim quisque Poëta ferunt  
Vt pleno rerum ditet te copia cornu  
Vt DEVS affundat munera larga tibi.  
Ad latus omne domus veluti Mareotica vitis  
Heret aureolos spargit vbiq; botros.  
Ac veluti frundes semper viridantis Oliuæ  
Sic mensem dacoret pulchra propago tuam.  
Per quam Relligio, per quam Res publica crescat  
Magnas vt Aichmannis inde paretur honos.  
Sicut auos pravosque tuos Schorndorffia iactat  
Præstantes olim Marte togaque viros.

Sicut



MOSEIDOS.

5

*Sicut & Eslingam decorat tibi sanguine iunctus  
Aichmannus bello consilijsque bonus  
Quorum res gestas forsā meliore Camænā  
A prima serie sit modo vita canam.  
Nunc autem quæ vota tibi Sponsæq; precamur  
Viribus ut videas non caruisse VALE.*



B 3 VLRI-





VLRICI BOLINGERI,  
M. ETP. L. MOSEIDOS LIBER  
PRIMVS: AD IMITATIONEM

Libri primi Aeneidos: Heroico car-  
mine conscriptus. Argument.  
Liber primus.

*Amramides profugos Erythraea per aequora ducit.*

**I**lle ego qui Pharij diuina Poëmata Nonni,  
Cermine, qui Graio cecinit miracula Christi,  
In Latium duxi, totos iam quinque per annos,  
Christicolis opus acceptum: nunc horrida Martis.  
Arma virumque cano, Pharijs qui primus ab oris  
In terram Veteris Canaë de nomine dictam  
Per varios casus rapidi Iordanis ad vndas  
Israele sotos Erythraea per aequora duxit,  
Longum ille in vastâ tempus iactatus eremo  
Ob populi murmur, superiq; parentis ob iram  
Multa quoq; in bello passus, dum pelleret armis  
Indigenas Regesq; viros demitteret orco.  
Non profugos pater omnipotens per proxima gentis  
Arua Palestinae duxit: nam talia secum.  
Diuinum numen voluit: ne fortè videntem  
Tot sibi bellorum duros restare labores.  
Poeniteat populum, sedes cupiatq; priores  
Querere: sic igitur loca per desertam rubentis

AEQUO.

Exod. 13.  
vers. 17.



*AEquoris, inuoluit multis ambagibus illos,  
 Exierant omnes muniti fortibus armis,  
 Et rerum Dominus dux illis praeuius ibat,  
 In scapo nubem qui sole oriente trahebat,  
 Demonstrare viam, qui sole cadente coruscas  
 Spargebat flammis: nocturnum siue diurnum  
 Carpere iter lubeat, scapus non defuit vnquam,  
 Qui cum nube diem, noctem cum lumine lustret.*

*Vix è conspectu Phariam liquere Raemsam,  
 Millia sexcentum (quorum etas iusta) virorum  
 Impubem praeter sobolem: impromiscua porro  
 plurima turba ibat, iumenta q<sub>3</sub> multa boum q<sub>3</sub>  
 Balantum q<sub>3</sub> greges pecudum quam plurimus ordo  
 Tum Deus Omnipotens caelo delapsus ab alto  
 Talibus alloquitur ductorem Mosea verbis:  
 Vade, tuis populis ex Israele creatis  
 Talia dicta refer: gressus vt deinde reducant,  
 Et vallem iuxta Hirotam sua castra reponant,  
 Inter Migdola turres, atq<sub>3</sub> aequoris alti  
 Inter aquas, contra Sephonis futile Beli  
 Idolum: Nam de profugâ Rex talia plebe  
 Fabitur, errarunt ignari hominum q<sub>3</sub> locorum q<sub>3</sub>  
 Incultus q<sub>3</sub> locus fugientes vndiq<sub>3</sub> clausit,  
 Hunc ego tam durum praefracto pectore reddam,  
 Vt collectâ acie fugientia terga sequatur.  
 Egregium verò referam à Pharaone triumphum,  
 Agminibus q<sub>3</sub> eius, Nili gens accola norit  
 Me Dominum verum, caeli terrae q<sub>3</sub> potentem.*

Exod. 14. Ver.  
 2. Exod. 12.  
 Ver. 37.  
 Exitus Isra-  
 elitarum.



LIBER PRIMVS

Pharaonis  
persecutio.

Dixerat: obsequitur turba, & mandata faceffit  
 At Rex Aegypti iam certus ab indice factus  
 Anfugisse viros: simul ipse, & subdita turba,  
 Mutarunt animos, & secum talia iactant:  
 Cur mens ista fuit nostros dimittere seruos  
 Israëlignas & libertate potiri?  
 Tum Rex iungit equos, & totum colligit agmen,  
 Sexcentosq; legit currus, & quicquid vbiq;  
 Bigarum fuerat lati per mœnia Nili:  
 Cogit in arma Duces cunctos, peditumq; equitumq;  
 Nam durata Deus faciebat pectora Regis.  
 Isacidis instare viris, qui viribus altis  
 Exierant: illos Aegyptia tota sequuntur.  
 Agmina, comprehenduntq; (rubro quâ iuncta tene-  
 Castra freto) currus falcati, atq; agmen equestre (bât  
 Et Regis collecta acies simul omnis in imis  
 Vallibus Hirota, Beli è regione videntis.

Israclitarum  
irapidatio.

Vt propius venit Reclor Memphitidos ora,  
 Respiciunt populi Isacida, tergumq; prementes  
 Niligenas instare vident, horrentq; tremuntq;  
 Inclamantq; Deum, pars duras pectore voces  
 Amramide rumpunt: nunquid non apta sepulchris  
 Aegyptus fuerat? nunquid nos inde tulisti,  
 Vt vastâ hac regione loci moriamur inulti?  
 Et quæ causa fuit, quod nos educere velles  
 Nunquid id est, de quo tibi diximus ante monentes  
 Desine & Aegypti sine nos seruire tyrannis?  
 Non satius dare nostra iugo seruilia colla  
 Niliaco, quam desertis regionibus istis



*Infandam perferre necem: vox omnibus vna.  
 His dux Hebraeus: tristes secludite curas,  
 State animo forti, certam spectata salutem:  
 Quam nobis hac luce dabit, Rex summus Olympi,  
 Namq; viros AEgyptiacos, quos cernere vobis  
 Iam datur, haud posthac viuos spectabit is vnquam.  
 Ipse Deus nobis consurget in arma, quietis  
 Tum Deus Amramidæ: quid me clamore fatigas  
 Perpetuo, ire vias Hebrææ præcipe turbe:  
 Tu dextram ligno super æquora tende leuato,  
 Per mediumq; seca: Isacidis vt euentibus isthuc  
 Per siccam pateat felix ingressus arenam.  
 Ipse sed AEgyptos sic indurabo sub alto  
 Pectore ne dubitent vestigia tangere vestra.  
 Tunc mihi magnus honor victo de Rege potenti  
 Deq; acie totâ, & de turma surget equestri.  
 Omnis & AEgyptus Dominum me nouerit vnum,  
 Cum mihi partus erit deuicto ex hoste triumphus.  
 Hic subito celsas se sustulit, ecce per auras  
 Angelus ille Dei, Isacidis qui præuius ibat,  
 Et venit a tergo, tum nubila deinde columna  
 A facie populi penitus post terga recessit:  
 Et Pharias acies, acies atq; inter Hebræas  
 Labitur in medium, plena illa ex parte tenebris,  
 Hac ex parte fugans noctem, vt discrimine miro  
 Non hi non illi, noctem quam longa coirent.*

*Iamq; suam dextram tendit super æquora Moses,  
 Cum Deus omnipotens vento ex oriente coorto,  
 Nocte illa pelagi fluctus discedere fecit.*

Mosis animus  
fortis.



LIBER PRIMVS

Transitus Is-  
raelitarum  
per mare  
Erythræum.

Et siccauit aquas longo discrimine sectas.  
 At genus Isacidum celeripede per mare siccum  
 Carpsit iter, stabant vt murus abeneus vnde  
 A dextra, lauaq; manu: quos impete cæco  
 Quadrijuges, Pharij q; equites, & tota sequuntur  
 Agmina, per medium pelagi secura pericli.  
 Iamq; aurora polo noctis dimouerat umbras,  
 Rex maris, & terra, Nilotica castra repente  
 E scapo aspexit, flammis, & nubibus atris  
 Horrendo, & magno turbauit cuncta tumultu  
 Agmina Niliaci Regis, fractisq; quadrigis  
 Excussit sine more rotas, vimq; intulit illis.  
 Conclamant Pharij: procul hinc fugiamus ab istis  
 Israele satis, excelsi numen Olympi.  
 Pro quibus Isiacas contra fert arma cohortes.  
 Tum Deus Amramidæ: dextram protende per equor,  
 Vt resuens cadat vnda retrò, subitoq; recursu.  
 Omne Paratonium vulgus, currusq; equitesq;  
 Obruat: Ille super pontum sua brachia pandit:  
 Tum fluctus rediére maris, iam luce reiectis  
 Rebus & aurorâ radijs surgente coruscis:  
 Quos contra Pharij fugientes obuia vertunt  
 Signa pedum: sic æthereus Rex perdidit illos,  
 Immerisitq; salo, retroq; fluentibus vndis,  
 Quadriugis vectos, & equis: Pharij q; Tyranni  
 Contextit totas acies, omnesq; secutos,  
 Atq; ausos calcare fretum, non restitit vnus.  
 Ac sicco gressu pontum euasere profundum.

Interitus  
pharaonis.

Isia-



Isacida quibus vt murus sic stabat vtraq;  
 Parte, liquor pelagi: Lux hæc ea leta refulsit,  
 Qua Deus eripuit gentem Israële creatam  
 Imperijs Aegyptæ tuis: tum littore curuo  
 Mortua Niliacæ videre caudauera turba:  
 Et vires sensere Dei, quibus ille cohortes  
 Oppressit Pharias: illum coluere timentes,  
 Huic Domino, & Mosi, quem legerat ille ministrum,  
 Exhibuere fidem iam numina vana perosi.

Tum Dux, Isacidaq; viri Paena canentes,  
 Talibus incipiunt: Iehouam cantare potentem  
 Est animus, namq; ille dedit memorabile factum,  
 Et currus, & equos medium prostravit in equor.  
 Est meus adiutor, mea mea vis lausq; salusq;  
 Hic meus ille Deus, cuius præconia dicam,  
 Hic patris Deus ille mei, cui carmina pangam,  
 Hic Deus est heros, & solus idoneus armis,  
 Cui Domini nomen benè congruit, ille tyrannum  
 Edomuit Pharium, & demersit in equore currus.  
 Illius electi proceres periére sub vndis.  
 Et maris absorbens illos contextit abyssus:  
 Ac veluti quondam magnâ cum mole deorsum  
 Saxa cadunt: sic hi fundum sedere sub imum,  
 Magna gerit tua dextra Deus miracula rerum.  
 Hos tua dextra Deus ter Maxime perdidit hostes,  
 Maiestate tuâ vertisti aduersa retrorsum  
 Agmina, quem validum cœli de sede furorem  
 Misisti, vt stipulas subito consumpsit inanes.

Cap. 15.  
 Carmen  
 συχαριστινον  
 pro libera-  
 tione.

Dei prou-  
 dentia.

Dei seueritas.

B 5

Per



LIBER PRIMVS

*Per flatum de nare tua vis omnis aquarum  
 Confluxit, steteruntq; vnda ceu densus aceruus.  
 Et pelagi fluctus sibi concreuere profundi.  
 Talia voluebat secum immanissimus hostis:  
 Insequar, atq; viros fugientes ipse prehendam,  
 Et potiar spolijs, animumq; explebo cruentum.  
 Distringam gladium, mea dextra funditus illos,  
 Eruet. At perflante tuo Rex maximo vento,  
 AEquor eos texit, merisq; potentibus vndis,  
 At partes mias, ceu plumbea massa sedebant:  
 Quis tibi, quis poterit similis Deus esse Deorum:  
 Quis par Maiestate tibi? quis numine sancto:  
 Quis tanta indomitos animos formidine terret:  
 Gloria cui tanta est? cui tot miracula rerum:  
 Te dextram tendente manum, telluris hiatus,  
 Absorpsit miseros illos: sed mente benigna  
 Quem conseruasti tenui, in discrimine lethi,  
 Duxisti populum, magno quo robore polles  
 Duxisti ad sedes, vbi sunt tua numina sancta.  
 Hoc vbi gentiles exaudiuere profani,  
 Intremuere metu, anxietas ignaua philistos  
 Quassit, Idumeiq; Duces, stupuere potentes,  
 Atq; Moabeos proceres grauis obruit horror,  
 Sunt Canaë Ciues gelido torpore soluti.  
 Terror & horror eos simul, ô Deus opprimat omnes,  
 Quæ tibi sunt vires, vt tanquam saxa rigescant  
 Ille tuus donec populus transierit, vnus  
 Ille tuus populus, quem tu tibi rite parasti.*

Dei bonitas

Infer



Infer eos, plantaq; tuis in montibus altis  
 Hic vbi pars heres tibi, & ò Deus, aurea sedes,  
 Qua tua dextra Deus, sibi grata sacrario fecit  
 Imperat aeternum Dominus Rex vnus in anum,  
 Se Pharao dedit in pelagus iuncto agmine toto,  
 Quadrupedum, Bigarum, equitum: sed Rector olympi,  
 Hoc super induxit vastissima flumina ponti  
 At siccos gressus, medium facere per equor,  
 Israëlèâ geniti de stirpe nepotes.

Tum soror Aronis Virgo presaga Maria  
 Tympana pulsabat manibus, quam tota sequuntur  
 Agmina foeminei sexus, plauduntq; choreas:  
 Ipsa Maria chorum ducit, taliq; canentes  
 Voce prait: supero laudamus ærmina Regi  
 Qui rem tam magnam manifesto numine fecit  
 Quadrupedes equitesq; fretum demersit in imum.

His actis: Moses dimittit ab equore rubro  
 isactdas ad desertæ confinia Suræ  
 Ter Phæbus miseris lucem mortalibus almam  
 Extulit incultis donec regionibus errant:  
 Nec possunt vsquam lymphas reperire fluentes  
 Vt ventum ad Maram Maræss sumere potus  
 Ore suo reuunt, quoniam fuit humor amarus:  
 Hinc locus Hebræo signetus nomine Mara  
 Infremuere viri rumpuntq; has pectore voces:  
 Vnde fitim nobis dabitur compescere tandem  
 Tum prius Amramides tensis ad sydera palmis  
 Vota Deo soluit, qui monstrat nobile signum

Israëlitz carēt  
 aquas.

Israëlitz.  
 murmur, de  
 Quod aquis



LIBER PRIMVS

Quod sub aquas merso dulcem, traxere saporem,  
 Hic illis pia iura dedit, legesq; sacratas,  
 Explorantq; animos, si tu cœlestibus inquit  
 Parueris monitis, si quod fas poscit & æquum.  
 Feceris inq; tuâ. iefixeris omnia mente  
 Non immittam tibi corpore peſtes, iussa Dei.  
 Qualibus infeci morbosas Isidis Vrbes  
 Namq; ego sum Dominus qui te conseruo valentem.

Cap. 16.

Iamq; nemus subeunt, Elimum dixere vetusto  
 Nomine bis seni fontes hic arua rigabant,  
 Hic decies septem stabant ex ordine palmae  
 Spargentes vmbrae, hic illi castra locabant  
 Dulces propter aquas. Elimo se deinde relicto,  
 Inuaſtam Sinæ venit plebs omnis eremum.  
 Qua iacet inter aquas Elimi montemq; Sinæum  
 Hæc fuit illa dies mensis ter, quinta secundi,  
 Ex quo Niliacâ fuerant regione perfecti.

Israelit. mur-  
 mur de cibo.

Hic omnis populus, Mosen Aronaq; contra  
 Infremuit, dictisq; suis exaggerat iras  
 O vtinam pharijs vitam licuisset in oris  
 Prædere sic cogente Deo, nam sedimus illic  
 Perpingui iuxta repletas carne lebetes,  
 Et sapidi nobis, affluxit copia panis:  
 Vos autem miseros loca per desertaviarum  
 Duxistis, nos atra fames vt perdat egenos,  
 Tum Deus Amramidæ: Cerealia munera vobis,  
 Cœlitus ecce pluam: populus prodibit in agros  
 Vt legat vnoquoq; die, quod postulat vsus,

Scili-



Scilicet experiar, nostris num legibus vltro  
 Obsequium praestet, numue his parere recuset,  
 Sexta tamen lucem quoties aurora reducet  
 Accinget se turba duplum conferre, quod vnâ  
 Luce legunt alias, lux septima namq, quiescit.

Tum Moses cum fratre suo turbata petiuit  
 Castra. Dei responsa ferens, & talia fatur.  
 O socij quando iam sera crepuscula terris,  
 Hesperus inducet, vobis noscetur adesse,  
 Niliacis Dominum, qui vos eduxit ab oris.  
 Iamq, vbi sole nouo terras Eous irrorat  
 Gloria summa Dei dabitur spectanda tonantis,  
 Audij omnipotens vestrae conuitia lingua.  
 Quas ingessistis lehouæ: quæ nostra potestas,  
 Iurgia quod nobis facitis? plura increpat vltro  
 Diuinus Moses, faciet Rex magnus Olympi  
 Vespere vos carnes, panes vos sumere mane,  
 Quantum quisq, volet, quoniam DEVS aure parenti  
 Accepit fremitus vestros & murmura vocis  
 Intentata sibi: quid nos simus? hæc probra certè  
 Non nobis si cœlesti sunt facta parenti.

Ad fratrem Moses, Aronem affatur & inquit.  
 Vade edice viris: propius vos sistite nobis  
 Huc in conspectum lehouæ qui murmura vestra  
 Audiit: hæc Aro, fido cum redderet ore.  
 Desertus populus, vultum conuertit in oras,  
 Ecce Dei clara Maiestas nubere fulsit  
 Et Pater ipse poli respondit talia Mosi:

Isaci-



LIBER PRIMVS

Isacidum murmur nostras peruenit ad aures:  
 Tu refer hæc illis carnes iam sola cadente  
 Quas gustetis erunt: vbi lucem aurora reducet  
 Sufficiant fruges vobis, & noritis omnes,  
 Me Dominum vestrumq; Deum cui tanta potestas.

Et iam se prono condebat lumine Titan

Exhibentur  
 carnes & pa-  
 nes Israel.

Cum subit ð volucres ceu densa nube volantes,  
 Adueniunt latè obducunt castra tenebris  
 Bos autem circum tentoria manè iacebat  
 Quo cadente, fuit quideam cui forma rotunda  
 Exiguum visu per agros, ceu quando pruina  
 Spargitur: Isacida spectantes ora resoluunt  
 Hæc est Manna, aiunt, nec enim nouere quod esset,  
 His Moses: hæ sunt epulæ quas larga ministrat  
 Dextra Dei vobis qui talia præcipit vltro:  
 Quisq; suo quantum pro victu fortè requirit  
 Congerat, vt Gomeram personæ cui liber vnâ  
 Accipiat quas quisq; intra sua tecta recenset  
 Obsequium præstant illi manibusq; cauatis  
 Maiores alij cumulos, alijq; minores,  
 Comportant, Gomeræ radio sed deinde polito,  
 Mensuram quando fecerunt omnibus equam  
 Non huic restabat qui magnos legit acervos  
 Qui paruos non luat deerat, qum partibus equis,  
 Quisquis habet, quantum pro victu quis quis egebat  
 Tunc ait Amramides: in lucem nemo sequentem,  
 Afferuet quicquam donec lux altera claro

Orta



Orta fuit cælo: vermes fœtorq̄, maglignus  
 Corrupit malè reliquias: hic magnus in iras  
 Exarsit Moses: tum pro se quis quæ legebat  
 Quantum sat stomacho, quoties lux mane refulsit  
 Sed quando rapidos sol inflammauerat æstus  
 Liquitur, & tenuem in rorem se Manna resoluit,

Postquam sexta dies aderat sua munera Manna  
 Conduplicant Gomeræ vno pro quoq̄, gemestas  
 Ergo duces Mosen adeunt, & talia produnt:  
 Ille refert: hoc est cælo quod iussit ab alto,  
 Omnipotens genitor, lux crastina sabbata seruet  
 Otia sancta Dei, quare iam pinsite quicquid  
 Pinsere fert animus seu quæ coixisse libebit  
 Iam coquite, in lucem reliquum seruate sequentem.

His illi parent dictis, & vase reponunt  
 Reliquias, donec clara lux postera terras  
 Lampade lustrabat: sed nec putruere nec illis  
 Innati vermes: tum Moses talia fatur:  
 Sabbatha sunt hodie, iam manducate relictas;  
 Has epulas nec enim dabitur reperire per agros,  
 Sex lucas conferre licet, septena quiescat  
 Orta dies, nihil illa feret, namq̄, otia poscit.  
 Septima iamq̄, dies primo fulgebat Eoo,  
 E populo quidam lectum exiure, nihilq̄,  
 Hic aderat tum Rex magni fabricator olympi  
 Talibus alloquitur Mosen: quo pergitis vsq̄,  
 Detractare meas leges, mea cœlica iussa  
 Ecce Deus Vobis sanctissima sabbatha sanxit.

Vnde



LIBER PRIMVS

Vnde die sexto, panem pro luce gemella,  
 Sufficit ergo domi teneat se quisq̄, nec extra  
 Tecta pedes moueat, quando lux septima surgit  
 Tunc illam lucem populi traxere quietam  
 Hasq̄ dapes sueto, dixerunt nomine Mannam  
 Grana quidem fuerant, Coriandri seminis instar  
 Sed color albus erat sapor & prædulcis in ore.  
 Vt sapor esse solet mixtæ cum melle placenta.

Repositio  
 Mannæ.

Hic Moses: superi sunt hæc mandata parentis,  
 Vas Gomeræ plenum seruate nepotibus olim,  
 Vt videant panem, quem celso ex æthere misi  
 Ne victus vobis, loca per non culta deesset  
 Tempore quo duxit, Phariæ de limite terræ  
 Hinc etiam Aroni, fidam sic fatur ad aurem,  
 Sume tibi Phialam, mannæq̄, infunde repletam  
 Mensuram Gomeræ (quæ partim continet Ephæ  
 Bis quintam) Domino coram quàm deinde reconde  
 Vt generi vestro parcatur: talia namq̄  
 Amramidæ mandata dedit Rex Aetheris alti:  
 Paruit his Aran, atq̄, intra fœderis arcam  
 Olim ventura pro posteritate reponit.  
 Hinc quadraginta Mannam sumpsere per annos  
 Isacidæ donec promissæ limina terræ  
 Arripuerè olim, Canaæ de nomine dictæ

Num. 33. vers.  
 13. & 14.  
 Cap. 17.  
 Pericalum  
 fitis.

His ita perfectis, Snam gens tota relinquunt,  
 Et iam prætereunt Daphcamq̄, Alusamq̄, vetustam  
 Demonstrante viam Domino: tum castra locabant  
 In Raphidis: non sic sitientibus humor aquar:

Vllus



Vllus erat: Mosi populus, cum iurgia iactat  
 Et date clamat aquas nobis quas deinde bibamus  
 Reddidit ille viris: mihi quid tam seua mouetis,  
 Iurgia: quid Iehouam cælo tentatis in alto?  
 At populum postquam male suada cupido bibendi,  
 Vrsit: in Amramidem magno se murmure tollit:  
 Ecquid ab Isiaco iussisti cedere Nilo  
 Protinus vt miserum charâ cum prole necares  
 Et quas egerago pecudes, armenta q̄, tota,  
 Tum pius Amramides, his cælum quæstibus implet.  
 Quid faciam huic populo tanto in discrimine rerum:  
 Iamq̄, erit vt saxis tristes me mittat ad vmbas  
 Huic pater omnipotens. cælo sic reddit ab alto:  
 Ante tuos ito populus, & iungitote cum  
 Longevos aliquot: quibus & iam plurima mento,  
 Canicies veneranda iacet, dextraq̄, præhensam  
 Carpe manu virgam. Pharium qua verbere miro  
 Pulsasti flumen, perge otius, ecce subisto.  
 Stabo loco, supra rupem cui uomen Horebo  
 Percutet tu scopulum, tum se porrumpet aquarum  
 Copia larga satis, populi vt tota agmina potent.  
 Dixerat: at Moses propere mandata facesscit,  
 Isacidis coram senibus: tunc nomine Masse  
 Et Meribæ dixere locum de crimine rixa  
 Et quæ tentantes Iehouam sunt talia sati.  
 Numquid in hoc medio est, an non diuina potestas.  
 Rex Amalecus erat veteri prognatus Esauo,  
 In Raphidos armis ausus perrumpere campos

C

Isa-



MOSEIDŌS.

Isacidas, contra: tum dux in praelia Moses

Nuniden vocat, & diuo sic fatur ab ore:

Coge viros nobis ducis & tu concipe curam,

Atq; Amalecum hostem, collatis excipe signis,

Crastina cum primos aurora reduxerit ortus,

Ipsè iugo summo insistam manibusq; tenebo,

Fatalem virgam verbis dux paruit illis,

Atq; animos armis aptat, pugnaq; parat se,

Manè nouo Moses ascendit culmina montis

It comes huic Aro, simul & fidissimus Hurus

Dum pius Amaramides, ad sidera celsa supinis.

Vis orationis. Exorat manibus, verbisq; precantibus instat

Isacide superant, & sternunt fortiter hostes.

Ille sed, vt fessus, demisit brachia terra.

Trux Amalecus habet palmam, viresq; resumit

Iamq; graui manum superatur pondere Moses,

Cum saxum sternunt, in quo pius ille resedit

Hinc atq; hinc digitos sustentant Hurus & Aro,

Vnde fuit palmis virtus, sat fida leuatis,

Donec in Hesperias Phæbus se condit vndas,

Ast Amalecitas seuo dux Iosua ferro,

Contutit, & statuit de victo ex hoste trophæum,

Tum Deus alloquitur Mosen, & talia mandat:

Hæc inscribe libro, memorem vt seruentur in æuum:

Auribus & comitte ducis, cui Iosua nomen.

Namq; Amalecitam stat ferro excindere gentem

Vt nullum posthac nomen nec fama supersit.

Dixerat: obsequitur Moses, & construit Aram

Cui

periculum  
belli.



Cui Iehouas Nissi tribuit cognomen & inquit:  
 Namq; manu, solio caeli Rex nitat ab alto,  
 Contra Amalecitas Iehouas geret horrida bella  
 Per natos natorum & qui nascentur ab illis,  
 Iethro fuit Midia diuinus in vrbe Sacerdos,  
 Qui Mosen quondam, fugientem a Egyptia regna  
 Hospitio excepit: praestanti corpore septem  
 Huic nate fuerant, ouium quas cura fidelis  
 Exercebat, eis lymphas haurire solebant.  
 Eputeo quodam Moses vbi sederat exul:  
 Tempore quodam aderant, plenasq; canalibus vndas  
 Infundunt potare greges, sed dura caterua  
 Pastorum veniens, pepulit de fontibus illas,  
 Hic pius Amramides, operam conferre puellis,  
 Et dare aquas pecori: tunc ad sua tecta reuersas,  
 Aggreditur genitor: quae nata causa quod ista  
 Tam cito luce mihi? respondent talibus illa,  
 Vir fuit Isiacus qui nobis adfuit vltro  
 Eripuitq; viris, gratos hausitq; liquores,  
 Pro nostris ouibus: genitor tunc ore vicissim  
 Orsare fert natis: vbinam fidiſſimus ille.  
 Cur dimiſiſtis, nec nostra in tecta vocaſtis  
 Quin agite, inuitate virum si viuere nostris,  
 Fortè velit mensis aut nostris sedibus vti.  
 Annuit Amramides, & longo tempore mansit  
 Huic igitur Natam, Midius coniunxit aruspex,  
 Huc autem pueros illa de Matre gemellos,  
 Sustulit hunc primum, Gersomum nomine dixit

Cap. 18.  
 Iethro Moſis  
 Socer.

Exodi 2. ver. 15.

Coniugiuſſet  
 Moſis.



LIBER PRIMVS

Namq̄ peregrinus inquit, viuo hospes in oris  
 Illum Eliserum, mihi nam Deus ille paternus,  
 Adfuit auxilio, aiebat meq̄ ille Tyranni  
 Eripuit Phary manibus gladioq̄ cruento,  
 Iamq̄ senex & cum pueris fidissima mater  
 Amramida coniux deserta in valle locurum  
 Ad collem diuinum aderant vbi castra tenebat  
 Ergo suo genero senior iubet ista referre:  
 Ille ego Iethro tuus socer, & tua chara marita,  
 Atq̄ ambo pueri, quos secum habet adsumus omnes  
 Amramides magno venienti occurrit honore  
 Atq̄ genu flectit demore, atq̄ oscula figit,  
 Iamq̄ sibi pacem, permutua verba precati  
 Lati animis omnes tentoria grata subibant.

Hic Miduis vates diuinas inchat aras,  
 Et solida imponit Taurorum viscera flammis,  
 Persoluitq̄ DEO grates, & talibus insit:  
 Gloria sit Iehouæ tanto qui numine pollet  
 Atq̄ suos nouit populos arcere periculis  
 Et manibus Phary si iam sum certissimus istud  
 Dijs cunctis Iehouæ nomen præstare supremum.  
 Mandatis quoniam miseros parere Superbis,  
 Impulerant, pueros rapidas immergere in vndas,

Tunc Aro vates atq̄ Israele creati  
 Conuenire patres animisq̄ fauentibus adsunt,  
 Cum Mosis socero diuis accumbere mensis,  
 Naphego cum fratre Coras, & Sichrius heros  
 Elsaphanusq̄ arcana tenens, diuusq̄ Misael.

Peregrinatio  
 Iethronis ad  
 Moisen gene-  
 rum.

Exod. 6, ver. 12.

Et



Et Sithrius rector, fratresq; Arone creati  
 Elsarus, Ithamarusq; Abiusq; sacerq; Nadabus,  
 Omnes cognati & Leuao sanguine creti  
 Ponitur hic fulgens auri argentiq; supellex.  
 Isiacis ablat a viris, quam lethro sacerdos  
 Aspicit admirans: Moses cui talibus inquit.  
 Desine mirari, quoniam sic aethere ab alto,  
 Ipse DEVS iussit: vanus non ite sed omnes,  
 Niligenas vestes pretiosaq; vasa rogare,  
 Hec capite, inq; viam vobiscum auferte profecti.

Cognati Mo-  
 sis.

Mosis ma-  
 iores.  
 Exod. 6. ver. 16

Tum Moses auro insignem cratera poposcit  
 Hic celati auro patres Moseca radix  
 Amramus hic genitor qui centum vixerat annos,  
 Et septem triginta super: quem Cathius heros,  
 Qui sex viginti mansit per lustra superstes,  
 Tresq; deinde annos vitalibus intulit auris,  
 Leuius hunc genuit satus Israele vetusto  
 Niliacas genus Hebreum qui duxit in oras,  
 Impellente fame & Iosephi ductus amore.  
 Audierat Pharias quem sceptrum tenere per vrbes,  
 Dilectum Regi, & regali sede receptum  
 Ast Israelem pater Isacus edidit olim  
 Abramo genitus, qui sanguinis vltimus auctor.

Psal. 90.  
 Oratio Mo-  
 sis.

Hunc Moses vino impleuit sic deinde laetus:  
 O Deus immensi fabricator maximè mundi  
 Omnibus a seclis, qui nobis instar asyli.  
 Quam fierent montes tellus & maximus orbis  
 Tu prius aeternum, Deus idem es & vnus, in euum.

C 3

Qui

Et



M O S E I D O S .

Qui statuis miseris mortalibus vltima fata  
 Et faris: superas homines, rursus ite sub auras  
 Mille tibi annorum tempus, velut vnica lux est  
 Hesterno transacta die, ceu noctis opacæ  
 Hora breuis vigilis: rapidi nam fluminis instar,  
 Ire finis, viuunt vt quos sopor obruit altus,  
 Vt Rosa vel si quæ marcescit protinus herba  
 Mane nouo florens, sero sed vespere languens,  
 Et ferro demessa cadens, arrescit ab æstu  
 Hæc adeo grauis ira tua est quæ talia nobis  
 Fata creat, furor ille tuus nos protinus aufert.  
 Tu Deus obseruas quicquid deliquimus vnquam  
 Occultumq; nosus patulas producis in auras,  
 Hinc pereunt nostri, dum sic irasceris anni.  
 Et quasi colloquium vt fabula præterit ætas.  
 Vix decies septem procurrit vita per annos,  
 Si spaciosa fuit, numerantur lustra bis octa  
 Si bona, si pretiosa fuit, repleta dolore  
 Atq; labore fuit, nam transuolat alitis instar  
 Quis tamen vsq; tuam secum considerat iram?  
 Quisue dolet toties commissæ crimina culpæ?  
 Quin age, fac animo subeat nos esse caducos.  
 Vt nobis veniat rerum prudentia maior,  
 Iamq; redi, teq; aspectu, ne suptrahere nostro  
 O Deus, & clemens propius res aspice nostras,  
 Fac nos matura satiet tua gratia luce,  
 Vt sine fine animos pertentent gaudia nostros,  
 Iamq; adeo luctu tam longo pectora solue

Post-



Postquam tot patimur mala fata, grauesq; labores,  
Fac tua facta tuis vt fiant nota ministris,  
Et natis horum tua gloria: consule nobis,  
Opater, asperet, manibus tua gratia nostris,  
Et fauor ille tuus, conatus prosperet omnes,  
Dixit & immensa laticum libauit honorem  
Tum socero dedit: hic plene se protulit ore  
Post alij proceres pharia tellure profecti  
Inq; vicem vario tempus sermone trahebant.  
At Midius Iethro: quam prima ab origine nobis,  
Dic gener, egressusq; tuos casusq; tuorum  
Et miracula Dei nam te iam tertius iste  
Mensis habet Midia digressum mœnibus Urbis.

Finis Libri Primi.







M. VERICI BOLLINGE-  
RI LIBER SECVNDVS MOSEIDOS

Argument. Lib. 2.

Moscidos,

*AEgypti plagas narrat fletusq; secundo.*

**I**Ntenti tacuere viri linguamq; tenebant,  
Cum pater Amramides solio sic insit ab alto:  
Infandum perchare socer, renouare dolorem  
Præcipis, vt gentem veteri de Stirpe Iacobi  
Vexarint Phary, quæ vidi (proh dolor) ipse  
Et quorum pars magna fui, quis talia fando  
Temperet à lachrymis? atq; hi nouere sedentes  
Et meus hic Aro cui fandi copia maior.

Exod. ver. 7.  
Iniuriæ illatæ  
Israelitis.

Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,  
Et populi Hebræi quos exhausere labores,  
Quanquam animus narrare horret, luctuq; refugit  
Incipiam: Exaucti numero, factiq; potentes,  
Israeligenæ (tot iam labentibus annis)  
Amisere suo genitos de sanguine Reges  
Et nouus AEgypto successit deinde Tyrannus,  
Iosephum ignorans, populis qui talia rupit  
Verba suis, est ecce virum de stirpe Iacobi  
Est ingens numerus, magnis & viribus illi,  
Nos superant, agite ergo dolis vt amur & actu?  
Ne crescant adeò, bello ne fortè coorto,

Ad-



Auersi nobis se nostris hostibus addant  
Nosq<sup>3</sup> potant armis illi terramq<sup>3</sup> relinquunt.

Tunc exactores operum posuere superbos  
Qui miseros premerent ingenti mole laborum  
Nam duo seruauis, condebant oppida garis,  
Pithoni huic, nomen fecere Raemse

Quo magis afflixere tamen: magis & magis illi  
Crescere, progeniemq<sup>3</sup> suam diffundere late

Hinc adeo Pharij gens Israele creatum  
Sunt execrati, penitusq<sup>3</sup> Tyrannide multa  
Oppressere viros, opera ad seruilia pulsos  
Iamq<sup>3</sup> illis omnem vitam fecere molestam  
Obduras operas, calcis laterumq<sup>3</sup> lutiq<sup>3</sup>  
Et qui rursus erat vultus, varijq<sup>3</sup> labores,  
Immites nimium quos exegere Tyranni.

Tum Rex Hebraeas matres, Siphramq<sup>3</sup> Puamq<sup>3</sup>  
Ventris onus solitas grauidis releuare maritis.

Talibus aggreditur: parientis quando louatis,  
E genere Hebræo, cum iam spectatis in ipsis  
Progeniem sellis, date mascula pignora letho,  
Foemellas seruate mihi, sed talibus illæ

Vocibus haud morem gesserunt, namq<sup>3</sup> timentes,  
Diuinum numen, pueros superesse sinebant,

Tunc obstetrices Phariæ Rex increpat ore  
Nam cur hoc facitis, quare vitalibus auris,  
Infortis pueros? respondent talibus illæ,

Non equidem Hebrais Pharijs & matribus idem  
Est labor in partu, vis est prestantior illis,

Obstetricum  
pietas.

C S

Quam



MOSEIDOS.

Quam veniant foetum curantes, ante leuantur,  
 At Deus omnipotens obstetricantibus illis,  
 Propietate, sua cœlo benedixit ab alto,  
 Extruxitq; domos: populusq; accreuit vbiq;  
 In numerum in numerum: furijs accensus & iræ  
 Rex Pharius, dat iussa, suæ crudelia genti  
 Si qua puerperio mulier foetum edidit omnes  
 In fluuium mersate maros, seruate puellas

Cap. 2.  
 Mosis nati-  
 uitas.

Me quoq; tunc genetrix non fausto tempore natæ  
 Protinus occuluit, donec iam tertia Phæbe  
 Cornua repleuit, postquam non amplius inde,  
 Me poterat celare parens tunc omnia secum  
 Ponderat, huic tandem vix hæc sententia sedit  
 Flumineâ vilem contexit arundine capsam  
 Quam pice ceratq; luto bene leuit & intus,  
 Me clausum posuit, fluuij ad carecta propinqui,  
 Emius ipsa soror sterit, vt mea fata videret.

Fortè sed huc Phario sat a rege puella subiuit  
 Virgineos artus liquido persunderere rore:  
 At Nymphæ comites ad ripam fluminis ibant  
 Dumq; ibi perluitur, conspecta protinus arcâ  
 Et famulis vnâ mittit, quæ perferat illi,  
 Mox aperit, vultu meq; aspicit illa benigno,  
 Vagibam ecce miser, nostri tunc virgo miserta;  
 En ait, Isacidum puer est è sanguine natus,  
 Tum mea Regniæ soror ora resoluit, & inquit:  
 Ibone, nutricem Hebræâ de gente vocatum,  
 Quæ teneris adeo sua præbeat vbera labris?

Annua



Annuit hæc: illa ad matrem vestigia tendit  
 Quam secum adducit, cui sic Nilotica virgo,  
 Incipit: hunc puerum mihi suscipe lactis opemq̄,  
 Suffice, pro pretio, quod grato pectore soluam,  
 Me recipit genitrix, lactisq̄ alimenta ministrat  
 Utq̄ pecum primis infans vestigia plantis,  
 Institeram, Pharia nutrix me chara puella  
 Reddidit, huic fueram ceu filius, ipsaq̄ nomen  
 Imposuit Mosis: simul hæc superadiit ore:  
 Mamq̄ illum gelido fluuij de gurgite traxi  
 Tempore quò me plena virum iam fecerat ætas  
 Excurro ad soceros nostro destemmate cretos,  
 Ingentes adeo, quos vidi fere labores  
 Aduertiq̄ virum pharium, qui verberare duro,  
 Hebrais miserè afflixit de fratribus vnum  
 Huc illuc oculos verto, neq̄ conspicio vllum,  
 Huic igitur vitam rapio, mox corpus arene  
 Infodio: rursusq̄ aliã dum prodeò luce,  
 Tum duo Niligena rixas pugnamq̄ laceffunt,  
 Ast ego non passus, procedere longius iras,  
 Sic prior iniusto: quid seuas improbe plagas,  
 Ingeris huic socio mihi reddit turbidus ille:  
 Nam quis te nostram iussit decernere causam  
 Ut pratoris agas partes, me nunquid vt illum  
 Niligenam nuper, possis demittere letho?  
 Sic ait: obstupui, gelidusq̄ per via cucurrit  
 Ossa pauor, certè res hæc iam claruit inquam  
 Et iam fama loquax Regis peruenit ad aures,

Mosis edu-  
catio.

Mosis homici-  
dium.

Ille



LIBER PRIMVS

Ille mihi motis crudelia fata parabat.

Mosis exilium  
Act. 7. vers. 30.

Hæc ea causa fuit peregrinas querere terras,

O socer, & tecum Midijs considerare in oris.

Interea bis viginti (si rite recorder)

Exierant anni Phariæ cum sceptriger oræ

Deseruit terras, at gens Hebræa laborum

Iam dudum pertæsa, Deum in sua vota vocauit.

Audijt ille operas inter mœstasq; quærelas,

Pondus habere dedit, non fœderis immemor icti,

Thariade, natog; eiuss charog; nepoti,

Adspexit propius miseros, atq; adsuit illis.

Mosis vocatio  
ad obeundam  
legationem.

Hic ego tunc ouium custos, mi lethro tuarum,

Lanigeras pecudes, deserta per auia duxi.

Donec ad hunc veni montem, cui nomen Horebo,

Hic rubus asper erat, sit fas arcana profari

Collucens late flammis, mediosq; per ignes

Aligeri noua forma viris: mihi se obtulit vltro

Vt vidi, innocuo frondes ardore cremari,

Sic mecum vadam, iuuat hæc ostenta videre,

Cominus, vt fruticem carpat non noxius ignis

At non me nullis diuinum numen euntem,

Obseruans oculis: lehouas è sentibus illis

Heus Moses clamans, iterumq; iterumq; vocauit.

Hic ego sum dixi, tum sic mihi reddidit ille.

Ne propius venias, iam isthinc & comprime gressum.

Quin immunda tuis, age detrabe tegmina plantis,

Nam tu quam calcas hæc est sanctissima tellus,

Rursus ait: tuus ille ego sum Deus ecce paternus,

Abræ-



Abramo Isacioq<sup>3</sup> Deus, Deus atq<sup>3</sup> Iacobo,  
 Dixerat ipse meam texi, velamine frontem  
 Territus aspectare Deum rursum incipit ille.  
 Quas miser erumnas, Pharia sustentat in ora  
 Ille meus populus, vidi, genitusq<sup>3</sup> frequentes,  
 De rigidis operum perfectis auribus bausi:  
 Est dolor & luctus (quem fert) mihi cognitus omnis,  
 Iamq<sup>3</sup> hac discendi, Pharijs vt protinus illos  
 Eriperem manibus, deq<sup>3</sup> his crudelibus oris  
 Inferrem, terraq<sup>3</sup> bonæ, lateq<sup>3</sup> parenti:  
 In terram cui lactis inest & copia mellis  
 Hic vbi sunt populi Cananæo sanguine creti  
 Hethæiq<sup>3</sup> truces, & Amoriam garrula pubes,  
 Per vallesq<sup>3</sup> habitans Phereus, & Heuia proles,  
 Et qui proscindunt Iebuseam vomere terram.  
 Nunc igitur, quando nostras pervenit ad aures,  
 Quos gemitus, quos clamores, gens orta Iacobo,  
 Fudit, & aspexit, quibus illam turba Canopi,  
 Excercet curis, age, vade, ad Osiridis urbem  
 Ad Pharium Regem, Ducis & tu suscipe partes,  
 Qui mihi dilectum populum Israele creatum  
 His adeo seuis ducoas ex Isidis oris

Ipse Deo refero: qui sum Pharaonis vt intrem  
 Ad solium Regis, rapiamq<sup>3</sup> è sedibus illis  
 Israele satos quarenti talibus ille:

Ipse adero tecum: tuq<sup>3</sup> hoc nunc accipe signum,  
 Quod mittente Deo, venias legatus ad illum.  
 Niliacas postquam, mea turba, reliquerit oras

Signa legati-  
 onis

Te



MOSEIDOS.

Te duce, monte sub hoc, sacros, facietis honores  
 Tunc ego, sic coram Isacidis his vocibus utar,  
 En me vestrorum misit Deus ille parentum:  
 Illi autem me compellent: quo nomine fertur.  
 Que tunc verba dabo? respondit rector Olympj:  
 Namq<sup>3</sup> is Ero, qui semper Ero? tunc amplius inquit,  
 Sic referes, me misit Ero: dein plura locutus:  
 Dic ait, Isacidis Iehouas Deus ille paternus  
 Abrami, Isaciq<sup>3</sup> Deus, Deus ille Iacobi,  
 Is me legatum voluit, hoc nomen in ævum  
 Obtineo, quo me semper semperq<sup>2</sup> vocabunt  
 I tu coge patres, altâ de stirpe Iacobi  
 Orsa fer hæc illis, manifesto in lumine vidi  
 Ipse Deum Iehouam, vestri quem fædere firmo,  
 Maiores coluere Deum, de sanguine Thare  
 Abramus, deinde Isacius Satus atq<sup>3</sup> Iacobus,  
 Ipse hæc ferre iubet: vestri non immemor æquis  
 Obseruavi oculis, quæ vos aduersa tulistis,  
 Iesidis in Regno, promissaq<sup>3</sup> talia feci:  
 AEgypti faciam duros cessare labores,  
 Inq<sup>3</sup> solum vos inducam, quod Barbarus Hethiis  
 Incolit, & fandi non futilis auctor Amorus  
 Quas Phereus habet terras Heuiq<sup>3</sup> nepotes  
 Et quæ rura colit, solymis Iebuseus in oris  
 Hic vbi dimanant mellis lactisq<sup>3</sup> liquores.  
 Hæc vbi verba suis hauserunt auribus illi  
 Tu simul Hebræiq<sup>3</sup> patres ad limina Regis  
 AEgypti qui sceptrum tenet, contendite gressu,

Talis



Talia dicentes: Iehouas Deus ille supremus  
 Hebraei generis, nos ad sua sacra vocauit:  
 Quare age da veniam Rex, vt deserta petamus  
 Tres lucas, nostrog, Deo sua dona feramus,  
 Non nisi per fortem dextram, vos iste Tyrannus,  
 Ire dabit noui, sed tunc mea brachia tendam,  
 Mirandisq, modis, plagas in osiridis orbem  
 Immittam, dabit ille abitum tum deniq, vobis.

Dixerat, excipio contra sie forte recusent,  
 Cedere, vel mea verba suas dimittere in aures,  
 Et mihi te visum negitent, incredula turba,  
 Tum Iehouas: dextera quid habes: hanc inquit virgam  
 Ille mihi: ante pedes hanc proiece, pareo iussis  
 Fit serpens, oculis ardens, & sibila colla  
 Arduus: ipse dato verto vestigia tergo,  
 At Iehouas, dimitte fugam, dextram iniice cauda  
 Comprehensumq, tene manibus (mirabile visu  
 Dum capio redit in signum) sic scilicet illi  
 Me tibi conspectum firmo sub pectore credent.  
 Hic iterum aggreditur, rerum pater, arbiter orbis,  
 Claude sinu digitos: claudio, retrahog, sed ecce.  
 More niuis traxere lepram: rursus incipit ille  
 Fac iterum facio, in carnem rediere priorem  
 Sic erit, vt primo si nolint credere signo,  
 Exhibeant huic deinde fidem: sin prorsus vtrumq,  
 In ventos mittant, nec dent his vocibus aures,  
 Exhauri vitream puro de gurgite lympham  
 In siccumq, effunde solum, mutabitur ecce

Cap. 4.  
 Alia signa mi-  
 raculosa lega-  
 tionis.

San-



LIBER PRIMVS

Sanguineum in rorem formosi fluminis vnda.

Desierat Iehouas, nec longa silentia feci,

Exorans veniam, ò qui res hominumq̄, Deumq̄,

Aternis regis imperijs, mihi copia sandi

A teneris non vlla fuit, quo tempore seruo

Tu dederas mandata tuo, me lingua retardat

Promissio au-  
sillii diuini . Os mihi balbutit, tum me Rex quærit Olympi:

Quis dedit os homini: quis mitos ore creauit

Auribus aut surdis, aut clara luce videntes,

Aut oculis captos, an non ego talia feci,

Omnipotens Iehouas hominum sator atq̄, Deorum

Quare age, vade, ego met sandi certissimus auctor

Præsto adero, & quæcunq̄, tibi dicenda docebo.

Sumpsi animum rursusq̄, Deo sum pauca locutus

O genitor, quem fert animus dimittere, mitte.

Ille sed his dictis ingentem mente furorem

Mosis frater  
Collega lega-  
tionis.

Concipit, obiurgans, poterit me nonne latre

Germanus tuus, ille Aro, prognatus eodem

Sanguine Leuæo, quam sit bonus arte loquendi.

Obiuius ecce tibi veniet, te præctore lato,

Excipiet reducem cui tu mea verba loqueris

Ipsè ego linguam vtriusq̄, regam vocisq̄, magister,

Quæ fuerint, vos erudiam, populoq̄, vocato

Pro te verba feret, tuus hic interpres ab ore

Tu Deus huic, & consilijs non futilis auctor

Hoc quoq̄, sume pedum, faciendis vtile signis.

Dixerat hæc: ago, chare, socer, deserta reliqui.

In Midiam rediens ad te, veniamq̄, rogavi



Vt socios liceat, Pharia in regione morantes  
 Visere num valeant: postquam tu pace benigna,  
 Annumerat: Midios manifesto lumine muros  
 Instravit monuitq; iterum rex summus Olympi.  
 Vade pete Aegyptum, tibi qui crudele parabant  
 Exitum fato dudum cecidere supremo.

Iamq; vbi Niliacis fueris tu redditus oris,  
 Omnia quæ tibi signa dedi, nil territus ede  
 In facie regis, duro quem pectore reddam  
 Ne sinat ire viros, huic talibus ora resolues:  
 Ille Deus Iehouas Rex hac tibi præcipit vltro,  
 Quem primum genui, meus est charissimus ille  
 Filius Isacius, dilectum hunc impero natum  
 Vt mihi dimittas, mihi posthac seruiat vni  
 Si renuis, tibi quam primo partu edidit vxor,  
 Ipse tuam prolem, properata morte necabo,

Ergo viam ingredior comites cum coniuge natos  
 Impositos asinis duco & Nilotica rursus  
 Regna peto, virgamq; Dei mea dextera portat,  
 Nondum finieram cursum, defessus eundo,  
 Hospitium subij, cum me demittere letho,  
 Occursat Iehouas, immani percitus ira  
 At mea tum Sippora petra crudelis acuta  
 Absemit puero pellem de glande supremam,  
 Et pedibus simul tu applicuit, tu sanguine partus,  
 Es mihi ait, Sponsus tunc a me desijt ille  
 Vnde virum, hanc ob casuram Sippora cruentum  
 Dixit, & in Midiam cum natis illa recessit

Mosis pro-  
 fectio in AË-  
 gyptum.

D

Dumq;



## MOSEIDOS.

Dumq; ego progredior meus hoc invertice montis  
Ad montu Iehova. frater venit obvius Aro,  
Oscula: dat, Ierosq; caput sub pectore morus,  
Hunc docui mandata Dei, portent aq; cuncta.  
Vadimus & patres Hebraeos cogimus omnes  
Tunc illu Aro caelestia iussa renarrat,  
Et simul hac ostenta, viru spectantibus edit:  
Protinus exhibuere fidem, superiq; parentis,  
Edocti auxilium, & curam pro gente Iacobi,  
Annuerunt vultu demisso, & corpore prono,

Cap. 5.  
Oratio Moſis  
ad Regem.

Regia contitudo Pharaonis recta Tyranni  
Ipse meumq; Aro turbato corde subimus,  
Alloquimur: tibi Rex Deus Iſraëlis auitus,  
Omnipotens Iehovas, imbei hac mandata referre:  
Tu populum demitte meum, mihi sacra parate  
Hic vbi vasta iacet tellus & in hospita resqua.  
Ille sub hac: nam quis Iehovas, me cogat, ut ille,  
Iſraële satam quo vult concedere turbam?  
Non illum noui, veniam non annuo plebi.  
At nos Hebrais colitur Deus ille paternus,  
Qui vocat: ergo trium spatium concede dierum  
Huc in desertu, ut munera sancta seramus,  
Ne veniat Misericordia Iuis, aut Martius ensis

Hu Rex Aegypti dictis exarsit in iras:  
Cur vos Amramida, tu Moses & tuus Aro,  
Seruitio abstrahitis populum? curate labores  
Impositos vobis: rapidoq; hac addidit ore:  
En adeo superest hac plura in turba per orbem

Hunc



Hanc tamen à solitis operis, cessare iubetis.  
 Ex illa iam luce dedit mandata Tyrannus,  
 Praefectis turbae, atq; operum factoribus ipsis:  
 Non paleas offert a viris operantibus vllas,  
 Exactum tegulas, ipsi vadantq; legantq;  
 Stramina, sed laterum tamen obseruate priorem  
 Ut numerent summam, non illis demite quicquam;  
 Desidia segnes, contendunt ire suoq;  
 Orgia concelebrare, Deo, per deuia tesqua  
 Quare exercitio posthac grauiore premantur  
 Talibus vt uon dent, verbis fallacibus aures.  
 Illi abeunt, referuntq; veris mandata Tyranni,  
 Non aderunt stipulae vobis, has quaerite passim  
 Quam reperire datur, nil decedente labore.

Regis crudelitas.

Ergo turba ruit Pharium dispersa per orbem  
 Ut legerent culmos, palee ne forte deessent,  
 Urgent factores: solitum persoluite pensum  
 Ceu quando fuerant stipulae: praefecta q; turba  
 Quos ex Hebraeis operum posuere magistros,  
 Mulctarunt plagis: cur non absolutis aiunt  
 Nunc aliquor lucēs condicta negotia vobis?  
 Tunc illi Regem magno clamore petebant,  
 Eheu, si ne tuos te Rex tractare ministros?  
 Non calami dantur, sed non minus integra summa  
 Coctilium exigitur lapidum, quoq; cadimur ecce  
 Et tua turba insons, fertur rea criminis esse

Seruitus Israelitarum.

Tum Pharaos: vobis sunt desidis otia vita  
 Otia sunt, ideo spatari vultis & aras



AEdificare Deo, nunc vestra negotia adite  
 Non & materiam, palarum suggeret vllus,  
 Et tamen imbricibus numerum supplete coquendis  
 Præpositi Isacldis hac fantuo acerba tuentes  
 Mox etiam nobis occurrunt Rege relicto,  
 Et contra stantes rumpunt has pectore voces,  
 Vos pater aspiciat, qui regnat in ethere iudex  
 Vt qui Niliaco Regi, Regisq; ministris,  
 Fatore ingrato, nostrum vitia stis odorem  
 Inq; manus gladium, nostra pro cæde dedistis,

Oratio Mosis  
ad Deum.

Protinus ad Iehouam cum supplice voce reuersus,  
 Alloquor: ò cur his pater optime maxime turbis  
 Tam mala fata creas, mihi cur legatio gesta:  
 Ex quo Niliaco exposui tua iussa Tyranno,  
 Durior heu fortuna viros tot tristia passos,  
 Insequitur, nec das finem Rex summe laborum  
 At mihi subridens Iehouas, his vocibus infit:

Dei responsū.

Iam spectator eris, quæ sit mea magna potestas,  
 In Regem Pharium, qui magnis viribus actus  
 Ire dabit populum, quin huius robore dextra  
 Territus ipse suos cuuctantes pellet ab oris,  
 Ille ego sum Iehouas, patribus de sanguine Thare  
 Cognitus Omnipotens, sed non et nominis illos  
 Vni Iehouæ docui: firmo me fœdere porro,  
 Deuinxi dare velle bonam, quam vomere terram  
 Diues arat Canaas: quæ tunc errantibus illis,  
 Hospita terra fuit: nunc insuper aquis,  
 Isacidum gemitus hausi, quos mole laborum

Cap. 16.

Oppri-



Opprimit Aegyptus, quin & mea pacta recordor,  
 Tu refer Isacidis: Iehouas ego vestra laborum  
 Pondera Niliaeo quae fertis in orbe, leuabo:  
 Et faciam immunes operum, vos vindici dextra  
 Vi magna redimam, me vos mihi lecta coletis  
 Turba Deum vestrum, iam vos res ipsa docebit,  
 Me Iehouam qui cuncta creo, qui cuncta guberno,  
 Exemptos onere Isiaci quod grande tulistis,  
 Induxisse solo, digitis iurantibus olim.  
 Quod sum pollicitus Tharae de semine natis,  
 Ipse Deus Iehouas immensi conditor orbis,  
 Dixerat: his ego tum socios solabar at illi  
 Incubere omnes, quatit ager anholitus artus  
 Ob duras operas non audiuere loquentem  
 Hic iterum Iehouas: age, vade, ad limina Regis  
 Editione sua sinat vt discedere turbam  
 Ipse sub hac: En, Isacida mea verba dederunt  
 Diripienda Notis, & qui mihi commodet aures,  
 Arbitr Imperij Pharaonis labra in super ore  
 Crassa mihi pendent, vox faucibus haeret in ipsis  
 Tum Deus: ecce dedi magni te numinis instar,  
 In Pharium Regem sed disertissimus Aro  
 Hic tuus Orator, quae tu mandaueris illi  
 Ante thronum Regis, facundo edisseret ore  
 Isacidis vt permittat, decedere regno,  
 At faciam Regis nunquam tractabile pectus  
 Vt multa ostendam Pharium mea monstra per orbem  
 Non vestras voces, duras demittet in aures,

Cap. 7.  
 Iterum vocatur  
 Moses.



MOSEIDOS

Vt mea vis regno Isiaco manifesta feratur  
 Cum mihi dilectam distincta per agmina turbam  
 Israele satos magno molimi rerum  
 A Nilo ducam, me gens Aegyptia norit  
 Esse Deum Iehouam, per rura Canopica quando,  
 Immittamq; manum, genitosq; è stirpe Iacobi  
 Inde feram, & Canaë faciam ditioe potiri  
 Quod si prodigijs rem demonstrare Tyrannus  
 Iusserit ante ipsum tuus Aro, precipe virgam,  
 Projiceat, dirum tunc induet illa colubrum.  
 Obsequimur iussis, pariterq; palatia Regis  
 Ingreddimur, lignum meus charissimus Aro  
 Abijcit in medium coram Pharaone, virisq;  
 Terribilem visu subito mutatur in anguem.  
 At Rex continuo Iannem Iambremq; vocavit  
 Carminis edoctos vires & sidera cœli,  
 Et volucrum linguas, & præpetisomnia penna  
 Serpentum generi, & grauiter spirantibus hydris,  
 Spargere qui somnos cantuq; manuq; solebant:  
 Talia qui magico fecerunt monstra susurro,  
 Vipereum genus, & spiris ingentibus angues,  
 In baculos vertere suos, quos cœlica virga,  
 Amaramida totos sinuosam abscondit in aluum.  
 Ast induratus Pharao, non audiit illos,  
 Vt Iehouas dudum vero prædixerat ore.  
 Tum mihi Rex cœli, quando dimittere turbam  
 Ab negat indomitus Pharao, rursum adibis.  
 Lux vbi iam primum terris se crastina reddet.

Signum vocationis.

Pertinet ad re-

Oratio Dei ad  
 Moysen, de inferendis plagis

¶



Ad fluuium feret ecce, pedes tu littore curuo,  
 Sta contra manibusq; pedum, cui forma draconis  
 Nuper erat eomprende tuis, & talia perfer,  
 Dicta viro: magnus fueram tibi nuntius ante  
 A lehoua quem turba colit prognata Iacobo  
 Ipse hæc iussa dabat, populo ut sua sacra parare  
 Permittas procul in resquis: non hæctenus vnquam  
 Audisti: nunc ergo Deus tibi talia fatur:  
 Ut bene cognoscas que sit mea summa potestas  
 Hac ego quam teneo puras in flumine lymphas  
 Percutiam virga, spumans fluet vndiq; sanguis  
 Et vitam linquent male olenti in gurgite pisces,  
 Auertentur aquas lati gens accola Nili  
 Fare tuo Aroni: cape virgam, & porrige dextram  
 Quam late patet Aegyptus, per stagna lacusq;  
 Per fluuios omnes vbi quis se colligit humor,  
 Ut cruor obscenus tota Memphitide terra  
 Exundet vasis, ligno seu marmore factis.

Iussa Dei exequimur, Rege aspectante virisq;  
 Elata ferula meus Aro verberat vndas  
 Nec mora, purperum traxere fluenta cruorem,  
 Et sub aquis fluuij, perijt genus omne natantum  
 Exhalat male gratus odor, nec turba canopi  
 Exhaustos gustant potus, totumq; per orbem  
 Niliacum lymphæ nigranti sanguine currunt  
 Isidis hoc etiam fecerunt carmine vatas  
 Et duro nobis abitum Rex corde negauit  
 Vaticinante Deo, moxq; in sua tecta reuersus

Prima plaga  
 aqua in san-  
 guinem con-  
 uersa.

D 4

Non



MOSEIDOS.

Cap. 5.  
Oratio Dei  
de inferenda  
plaga Ranarū.

2.  
Plaga Rana-  
rum.

Non animo accepit: sed gens Nilotica lymphas  
Quas biberent, extra riuum fodere cruentum  
Namq̄ accersatur stomachus de gurgite fusas.

Iamq̄ rubescat, septeno cynthius ortu,  
Ex quo sanguineas tetigisset fluminis vndas,  
Omnipotens Iehouas: iterum mihi talibus infit  
I, Regemq̄ mone: populum ne deinde retardes  
Inseruire mihi: si in hoc tamen abnuis amens,  
Ecce tua spargam toto ditioe rubetas,  
Ut scateat fluuius, saltantibus vndiq̄ ranis  
Que perreptabunt tua Regia recta domumq̄  
Quoq̄ loco dulci declinas lumina somno.

Subiectusq̄ tibi populus, quas incolit ades,  
Et quibus in furnis torrebis munera frugum.  
Et quibus in mactris subiges ador: vndiq̄ porco  
Te super ascendent ranae, cunctosq̄ ministros,  
Tunc mandante Deo diuinam porrigit Aro  
sublatis, virgam manibus. per totius ore,  
Flumina continuo se fundunt agimne toto,  
Ex vndis ranae ranis sunt omnia plena.

Nec non Isiacus cantu produxit aruspex  
Ranarum genus: at Pharaon nos deinde rogauit  
Exorare Deum velit hanc auertere pestem  
Se veniam populo pro sacris rite parandis  
Velle dare: huic refero: tibi sit iam gloria prae me  
Tu modo designa, precibus mihi tempus habendis,  
Cras ait, affirmo, placet hoc, ut deniq̄ noscas  
Non Iehouae similem esse Deum, procul illa palustris

Col-



Colluies a te domibusq<sup>3</sup> tuisq<sup>3</sup> ministris,  
Dempta suis tantum sub aquis (velut ante) manebit.

Atq<sup>3</sup> ita dimissi suppelex ego vota precesq<sup>3</sup>  
Promissas pro tollendis effundo rubetis,  
Audiit omnipotens: per tecta, per atria circum  
Et latos per agros, rana perire loquaces  
Comportant, totasq<sup>3</sup> ferunt hinc inde cateruas  
Exhalabat odor totum male putris in orbem:  
At non & Pharaon iam libertate recepta  
Annuit vt vero Iehouas praedixerat ore.

Tum Deus Aroni rursus iubet ista referre  
Diuina vt ferula plagas infligat arena,  
Inde pedes vt nascantur, per Osiridis oras  
Paruimus, dextram meus Aro tollit in altum  
Pulueremq<sup>3</sup> solum fatalis verberare virga  
Dissipat, hinc turpis cimex hominesq<sup>3</sup> ferasq<sup>3</sup>  
Inuasit: nec puluis erat per regna Canopi,  
Qui non multi pedes contraxerit vndiq<sup>3</sup> vermes,  
Hoc etiam magico tentarunt murmure vates,  
Non potuerunt tamen quicquam Regiq<sup>3</sup> fatentur  
Esse Dei digitum, Rex non tamen audiit illos,  
Rex animo durus (Iehoua sic fata ferebant)

At mihi tunc genitor caelo qui regnat in alto,  
Iussa dat haec iterum: cum lux crastina tollet,  
Fac age mane nouo, Phario te siste Tyranno,  
En accedet aquas, quem sic affaberis ore:  
Praecipit haec Iehouas: sine Rex, vt debita sacra  
Det mea turba mihi, sin dura mente recusas,

3.  
Plaga pediculorum.

4.  
Plaga infectorum.

D 5

Ecce



## MOSEIDOS

Ecce venenato sedantes omnia tactu  
 Immittam muscas integ<sup>3</sup> tuosq<sup>3</sup> ministros  
 Subiectosq<sup>3</sup> tuos: in tota Memphis orâ  
 Quicquid & in tectis herbosis quicquid in agris,  
 Omnia peruadet, nocua hac mixtura ferarum  
 At non Goseas mea gens quas occupat vrbes  
 Talibus inficiam monstris ( mirabile visu )  
 Me dominum vt noris totum qui temporet orbem  
 Talis erit populum, libertas inter vtrumq<sup>3</sup>.  
 Fiet id ostentum cum primum crastina cœlo  
 Punicies infecta rotis Aurora rubebit,

Hec ita perfecit Deus & promiscua passim  
 Bestia peruenit nitidam pharaonis in aulam  
 Seruorumq<sup>3</sup> domos, quam late iugera Nilus  
 Alluit, Aegypti regio vastatur vbiq<sup>3</sup>.  
 Tum me Rex Pharius, fratremq<sup>3</sup> Arona vocans  
 Vadite ferte, inquit nostris in sedibus istis,  
 Sacra Deo vestro: verbis ego talibus illum  
 Excipio, non fas bone Rex i altaria nostra  
 Isiaci exhorrent, quod si spectantibus ipsis  
 Vacca sit aut aries, nostrâ cadat hostia dextra  
 Nos annon cupient letho demittere saxis  
 Tres lucas procul in vastam cedemus eremum  
 Ex Iehoua nostri maectemus vt omnia iussu  
 Ille sub hac quem vos colitis super astra tonantem.  
 Huic procul in tesquis, vt munera sancta feratis  
 Largior: at ne vos via longior auferat isthinc  
 Et pro me miscete preces: Rex aio videbis,

Hinc



Hinc ubi digressus fuero de more vocabo  
 Supplice voce Deum de teq, tuiq, ministris  
 Subiectis que tuis tollatur ut ista ferarum  
 Pestis atrox, ubi sol primo cras surget Eo  
 Tu modo, ne post hac fallas, neue ire recuses,  
 Et sua sacra Deo consueto soluere ritu  
 Discedo, & sacrum solita prece numen adoro  
 Audijt omnipotens, & sibilam monstram remouit  
 A Rege & populo, prorsus nihil inde remansit  
 Et tamen Isiacus, praefracto corde Tyrannus,  
 Detrectavit iter nobis, veniamq, negavit  
 Tunc iterum Iehouas, age nunc ser talia Regi,  
 Hac Deus Hebrae gentis, ter maximus vnus,  
 Imperat, ire meam plebem concede, mihiq,  
 In flammam vigilare pecus, si deinde moraris  
 Si non das veniam, caelestis dextra seuis,  
 Corripiet morbis, pecudum genus omne tuarum  
 Labetur sonipes studiorum atq, immemor herba  
 Infelixq, asinus, miseranda peste Camelus  
 Concidit, & duro fumans, sub vomere taurus  
 Balantumq, greges, letis morientur in herbis  
 Tunc etiam Pharium pecus, & pecus inter Hebraeos  
 Discrimen faciet Iehouas, armenta q, tota  
 Isacius quae pastor agit seruat a manebunt  
 Cras iubare exorto verum diuina potestas,  
 Talia monstrabit terris: vix mane coorto  
 Clara dies primo stellas oriente fugatas

Lam



M O S E I D O S.

Iam dulces animas plena ad praesepia reddit,  
 Grex Pharius: nobis perijt non vnica vacca  
 Tum Rex ipse viros misit, nec defuit vnum  
 Isacidum stabulis, sed in exorabilis ille,  
 Detenuit populum monstris nec flectitur vllis

6.  
 Plaga vlcerū.

At mihi germanoq; meo Deus haec ita fatur  
 Tollite pulueras nigrā è fornace fauillas,  
 Comprensasq; manu tu sparge per aethera Moses  
 Conspectu in medio Regis totamq; feratur  
 Puluis in Aegyptum: ventoso tubere passim  
 Hinc turpis veniet scabies gregibusq; virisq;  
 Nec mora, paremus dicto, abrasisq; camentis  
 Tendimus ad Regem: nigrā fulgine caelum  
 Ipse ego conspergo, miseros ibi protinus artus,  
 Pustula corripuit, nigro sufflata tumore  
 Humanum genus & pecorum genus omne veneno  
 Inficiens ipsosq; Magos stupor vrget inertes,  
 Nec viuere illos, haec in contagia cantus,  
 Isiaci, & Pharijs quæsite in montibus herba.  
 Omne per Aegypti serpunt ista vlcera vulgus:  
 At non ista tamen Pharium tot monstra Tyrannum  
 Emollire queunt, iuxta diuina supremi,  
 Fata Dei, magis atq; magis fit durior ille.

Finis Libri Secundi.





# LIBERTERTIVS

Moseidos.

**A**T qui cuncta oculis Iehouas Deus aspicit aequis,  
Hac ait, & stimulis haud mollibus incitat iras:  
Cras Pharium, matutino cum sole Tyrannum  
Inuade: hanc Iehouas, quem nos veneramur Hebraei,  
Edicit tibi, Rex sacratos deniq; cultus  
Ferre mihi largire meis de stirpe Iacobi,  
Electis populis aut hoc iam tempore cunctis  
Teq; tuosq; premam plagis non esse per orbem  
Experire miser, cui sit mecum aqua potestas,  
Iamq; graui poena stat te punire tuamq;  
Te propter, penitus terris exscindere gentem  
Atq; ideo volui te vincere fata, superstes  
Ut mihi restares, in quo manifesta feratur  
Vis mea caelestis mea magna potentia vt omni  
Semper honos, nomenq; meum celebretur in orbe.  
Insurgis, pedibusq; meam premis vndiq; gentem  
Innectisq; moras, en, hanc vbi crastinus horam  
Reddiderit Titan, horrenda grandie nimbes  
De super infundam qualem, non haetenus vnquam  
Ex quo culta fuit, tellus Aegitia vidit,  
Tu modo mitte viros, & qua pecuarea compis  
Sunt tibi coge domo, latis nam quicquid in arvis  
Extra tecta manet, seu sint hominesue bouesue,  
Horrida qua grando pulsauerit, omnia letho

Exod. Cap 9.  
vers. 13.

Oratio Dei  
de immitten-  
da grandine.

Acci-



## M O S E I D O S .

Accidet oppetere & vitam dispergere in auras.

Plaga Gran-  
dinis.

Hæc inter Pharios quos turbare ministros  
Verba Dei stabulis pecudes pecudumq; magistris  
Suscepere suis: quibus autem talia cordi  
Non fuerant, in agris armenta virosq; relinquunt  
At Deus Altitonans, ad sydera tollere dextram  
Mandat, ut Isiacas grando male verberet oras,  
Grando homini campoque satis pecoriq; sinistra  
Ut virgam ad Cælum tollo, caua nubila rumpit  
Et tonitru horrifonum & mixtas cum grandine  
Eiaculat lehouas, ignisq; per arua resultat (flammas  
Sic genitor rerum glaciales cœlitus imbres  
Torsit flammantesq; globos immiscuit illis,  
Horrendum visu, non vlllo tempore talis  
Tempestat exorta fuit per regna Canopi  
Dum tenuit sedes illas Misraia proles  
Scilicet hæc grando terram grassata per omnem  
Tota armenta virosq; neci dedit, atq; per agros,  
Surgentes plantas populauit, & impete diuo  
Diffidit arboreos fœtus, ruit arduus æther:  
Heu, limi spicas, primosq; trahentia culmos  
Ordea prostravit fuerat dum messis in herba  
At non triticeam messem, robustaq; farræ  
Tempestat læsit quorum anni temporis sero  
Pinguibus Agricola mandarunt semina terris,  
Non etiam hæc grando tetigit Gosaia rura  
Isacius duro pua vomere pressit Arator.

Continuo qui me fratremq; Arona vocaret;

Mis-



Mirtebat Pharao supplex, ac talia fatur:  
 Hac vice peccavi, pius est pater altus Olympi,  
 Ipse autem vulgusq; meum commissimus isthaec  
 Crimina, nos equidem sequitur sua poena nocentes  
 At vos exorate Deum sit grandinis atra  
 Iam satis, & tonitruus: non vos ego deinde tenebo,  
 Longius ut nostro maneat limite clausi,  
 Huic ego, quam primum nunc extra mania gressus  
 Extulero ad lehouam cum supplice voce supinas  
 Expandam palmas, tonitru cessabit & imber.  
 Ut non ignores, quot totum temperet orbem  
 Omnipotens lehouas, terrae caeliq; creator  
 At scio, quod nondum diuini numinis vllus  
 Teq; tuosq; metus caco sub peclore tangit,  
 Hac vbi dicta dedi, rapidusq; ex vrbe recessi  
 Ad Caelos extollo manus fragor ille quiescit  
 Nec grando terris, nec decidit amplius imber  
 Ut pharao vidit fugientes aethere nimbos  
 Placata mittempestatem, solemq; reductum  
 Audet ad huc peccare ferox & durus ut ante  
 Cum vulgo ipse suo, veniam non fecit eundi,  
 Ut lehouas vero per me sui ore locutus.

Post mibi rerum Opifex: Phary pete tecta Tyranni.  
 Hunc ego cum seruis pradura mente creavi,  
 Hac mea signa viris, ut monstremq;, tuq; fidelis  
 Ore, tuis natis & qui nascentur ab illis  
 Auribus infundas, quae tot miracula rerum,  
 Aegypto ostendi, vobis ut certa super sit

Rex simulat  
poenitentiam.

Cap. 10.

8.

Plaga locu-  
starum.

Cognis



M O S E I D O S .

Cognitio Iehouas ego sum cui tanta potestas.  
 Dixerat, ingredior cum fratre palatia Regis  
 Cui sic incipio: Deus Israelis auitus  
 Hec tibi, Rex, fatur, mihi te submittere tandem  
 Quo ferus vsq<sub>3</sub> negas? populum mihi sacra parare  
 Iam dimitte meum, si non dimiseris illum  
 Omnibus in campis primo cum Sole locustas  
 Inducam faciemq<sub>3</sub> regent telluris vbiq<sub>3</sub>  
 Non agros iam cernere erit: quod grando reliquit,  
 Intactum vobis, hoc de pascentur, & omnes  
 Arboreos fructus viridanti fronde comantes  
 Dentibus erodent: quin & tua regi aetata  
 Seruilesq<sub>3</sub> domos, Pharios & vbiq<sub>3</sub> penates,  
 Intrabunt dense: non talia monstra parentes  
 Non & maiores videre ab origine prima  
 Ex quo vitales hauserunt haectenus auras.

Aulicorū ora-  
 rio ad Regem.

His dictis vultum auerto, Regemq<sub>3</sub> relinquo,  
 Tunc illi stipatores: quo cogimur vsq<sub>3</sub>  
 Talia monstra pati? populum dimitte suoq<sub>3</sub>  
 Da veniam seruire Deo quin deniq<sub>3</sub> nescis,

Oratio Regis  
 ad Mosen.

Iam totam ruere Aegyptum: vox omnibus vna  
 Protinus hic nobis fatur Rex ipse reductis,  
 Ite & , quem colitis, Iehouae sua soluite sacra,  
 Quos tamen ire iuuat, qui sunt? ego talia reddo  
 Cum pueris & cum patribus nostroq<sub>3</sub> creatis  
 Sanguine pignoribus prodibimus, agmine toto,  
 Balantumq<sub>3</sub> gregis nostri, & pecuaria nostra  
 Nobiscum exhibunt vt quae Lux festa requirit,

Pre-



Praestemus Iehoua: placet, Eia, exite secundis  
 Rex ait, auspicijs domino aspirante, quid autem  
 Et vos & puerile agmen vestrasq; puellas,  
 Dimittam? quae fini vestra improba cepta videtis  
 Non ita: sed patribus sacris vt cultibus adsint,  
 Largior: illi abeant, hoc supplice voce rogastis,  
 Dixerat, & pariter Regali expellimur arce.  
 Tum mihi caelestis genitor: per Memphidis orbem  
 Tolle manus inquit, tota ditione Cicada  
 Vt vendant, & ruris opes populentur & herbas  
 Quas non percussit, violenta grandinis imber,  
 Nec mora tollo meam per Regna Canopica virgam  
 Continuo totumq; diem, noctemq; sequentem  
 Omnipotens Iehouas imis de sedibus Eurum  
 Impulit, hic postquam Sol iam dimouerat umbras  
 Grande Caudarum genus attulit omnibus oris  
 Illa tam multis terra insidere cateruis  
 Per totam Aegyptum, quam secula nulla tulerunt  
 Nec ventura ferent: Campus fuit omnis opertus,  
 Inuoluere diem tenebris, & quicquid in aruis  
 Herbarum fuerat, latu & quicquid in hortis,  
 Grandine non tactum, frondens produxerat arbor  
 Omne id de pastum fecere promuscide saua  
 Iamq; comeramis, agris iam gramina desunt.

Hic Pharao, qui me pro pere fratremq; vocarent  
 Mittit, & haec breuiter submissa voce profatur  
 Heu, fateor vestrumq; Deum, vos insuper istos  
 Impius offendi, rursum hanc ignoscite culpam

Rex Angli  
 poenitentiam.

B

At



MOSEIDOS.

At vos quem colitis Iehouam obsecrate potentem  
Mortiferam hanc pestem nostris vt tollat ab oris.

Digredior Iehouamq; voco max audijt ille  
Atq; procelloso perflantem turbine terras,  
Mittit ab occasu ventum ruit ille rapitq;  
Vndiq; buprestres rubrumq; infligit in equor,  
Quam late patet Aegyptus, nihil inde remansit  
Attamen obfirmante Deo, sub pectore regem  
Rursus iter nobis durissimus ille negauit

9.  
Plaga tene-  
brarum.

Inde mihi Iehouas age, tollet ad sydera dextram  
Vt premat Isiacas caligo nigerrima terras  
Quam manibus palpare queas: ego pareo dictis,  
Cum subito Pharijs spisse incubuere tenebrae:  
Tres adeo sine sole dies traxere, nec vllus  
Vicinum vidit, fixa nec sede recessit,  
Donec se quarto tandem iubar extulit ortu:  
At non Hebraeis rutilans se absconderat ether,  
Luce sua solemq; suum, sua sydera norunt

Tum me Rex Pharius vocat & sic incipit vltro:  
Ite Deo vestro cultus offerte sacratos:  
At quae sunt vobis armenta, ouiumue bouumue,  
Hac maneant, quin & vestram deducite prolem.  
Tunc ego, quin etiam pro sacris rite parandis  
Da nostras pecudes, donis cumulemus vt aras  
Quicquid & in stabulis nostris, & quicquid in aruis,  
Pascitur omne pecus, simul hinc abigemus euntes  
Nulla relinquetur de nostris vngula tauris  
Nos equidem Iehouae sacros faciemus honores,

De



De nostris opibus, nondum cognouimus illud  
 Quae iugulana Deo sit victima, qualis ad aras  
 Poscatur cultus, taurorum siue bidentum.  
 Donec erit ventum, quo nos oracula vocarunt:  
 Hic iterum obriguit pectus crudele Tyranni.  
 Indurante Deo, ne nos dimittere vellet,  
 At mihi succensus Pharaon vade inquit, & ultra  
 Ne videare caue nam qua te luce videndum  
 Præbueris, penas effuso sanguine solues,  
 Continuo refero: valeant tua verba, nec unquam  
 Deinde tuos subeam, Rex o durissime vultus,  
 Tum Iehouas: stat ad huc plaga punire cruenta  
 Isiacum Regem & populum, vos protinus ille  
 Hinc procul ire dabit, dabit ire nec amplius vllum  
 Concedet spacium, ipse suis vos pellet ab oris.  
 Quare, age dic turbis quæ rerum postulat usus  
 A Pharijs sibi vicinis pulcherrima vasa  
 Vir mulierq; roget, pretioso ducta metallo  
 Argenti atq; auri paarij q; ferocia ponent  
 Corda volente Deo, nec talia vasa negabunt,  
 Et mihi diuinos Deus aspirauit honores  
 Hebraeis coram, coram Pharijsq; ministris,  
 Hac quibus orsa tuli: magni fabricator Olympi  
 Ipse hæc ferre iubet, quando nox humida met am  
 Contigerit mediam per regna Canopica sæuis  
 Egrediar telis, quæq; edita matris ab aluo,  
 Prima fuit proles letho morietur acerbo  
 A Regis nato patria qui sede receptus

Cap. ii.  
 10.  
 plaga occiso-  
 rum primo-  
 genitorum.

Oratio Moſis  
 ad Aegyptios:



M O S E I D O S.

Debuit imperio Phary succedere Regni  
 Ad primogenitum seruae molitantis: & inter  
 Primigenos pecudum scetus: per Osiridis vrbes  
 Tristis erit planctus, colles amnesq; sonabunt  
 E clamore hominum qualem non audyt etas,  
 Nec quae praeterijt, nec quae ventura sequetur  
 At non Isiacis vlulatum tollet in agris  
 Ore canis, non mugitus, non vlla quaela  
 Hic aures feriet, late loca cuncta silebunt,  
 Scilicet vt noris, lehouas quam numine magno:  
 Separet Isacias Pharias & separet oras:  
 Tunc tunc tempus erit, magna quam pascis in aula  
 Omnis turbavirum veniet, genibusq; voluta  
 Talibus orabit: procul his regionibus exi:  
 Ite cui, tu cum populo, quem rite gubernas,  
 Tunc erit, vt Nili crudelia regna relinquam  
 Hac vbi dicta dedi vultu irascente recessi.  
 At Deus: haude quidem vobis Rex annuit inquit  
 Vt mea mira Aegyptiacis edantur in agris,  
 Quare, age, praesentis serua tibi tempora Luna  
 Vnde tuum numeres annum, patribusq; vocatis  
 Et populis edice tuis: hunc discite mensem  
 Hic vbi bis quintos vobis adduxerit ortus  
 Quisq; suis vnum sibi deligat edibus agnum  
 Prose maectandum, quod si non sufficit agno  
 Vna Domus sibi vicino de limite iungat,  
 Qui possint illas omnes absumere carnes.  
 Sit sine labe tamen sit mas uon grandior anno

Cap. 12.

Agni Pascha-  
 lis eius à Do-  
 mino præ-  
 scriptus.

Ex



Ex ouium grege non tacto, iuuenumq; caprarum  
 Nec iugulate prius, quam se bis septima cœlo  
 Exerat orta dies, illo tunc vespere sero  
 Quam latè Isacida regnant, mactabitis agnum  
 Pro se quæq; domus, tum fulso sanguine postes,  
 Et superum lumen, quo sunt conuiuia vobis  
 Spargite sic illam læti traducite noctem,  
 Vescentes extis, prunis candentibus assis,  
 Et sine fermento panes, salsam insuper herbam  
 Addite, quæ linguam gustu compungat amaro  
 Sit nihil hic crudum nihil elixetur ahenis,  
 Omnia sint affixa veru, sint omnia flammis  
 Torrida deinde caput simul & cum cruribus exta  
 Mandite, nec quicquam pro luce sequente supersit.  
 Si quid erit reliqui, totum illud deuoret ignis,  
 Dumq; dapes capitis, vestris sint cingula lumbis,  
 Tegmina sint plantis, baculo sit dextera fido  
 Communita manus qualis solet ire viator  
 Qui maturat iter: clari de nomine facti  
 Hunc mihi Pascha vocate diem nam nocte sub illâ  
 Transibo mediam Aegyptum, læthoq; cruento,  
 Interimam primos fœtus, hominumq; bouumq;  
 Et dijs Isiacis fatum crudele parabo.  
 Ille ego quem lehouam vero sic nomine dicunt.  
 Sit cruor ille mihi vestris in sedibus index.  
 Quo vi, o mox præteream, ne noxia cades  
 Vos etiam sternat, Pharijs quo tempore regnis  
 Funera tot faciam: sed tu sub corde repone

Ritus macta-  
tionis.

Ritus conuij.

Ex

E 3

Vt



M O S E I D O S.

De pane in-  
fermentato.

Vt Iehouæ celebres festiuae lucis honores,  
 Aeterno ritu, per natos atq; nepotes.  
 Nec cum fermento cererem gustare licebit,  
 Septima se donec claro lux exerat ortu  
 Mox adeo prima fermenta relinquit luce  
 In vestris mensis, qui manducauerit escas  
 Fermento mixtas, ex quo iam prima reluxit  
 Orta dies septem per soles inde sequentes:  
 Hunc vos extirpate virum de gente Iacobi.  
 Prima dies sit sacra dies, sit septima sacra:  
 Vt numero ex omni coetum veniatis in vnum,  
 Sint opera prorsus nullæ, nulliq; labores,  
 Exceptis quos pro dapibus res ipsa parandis  
 Postulat has concedo quidem, sed panis vt omni  
 Fermento careat, nam lux hæc ipsa refulsit  
 Isidis e regno cum vestra hæc agmina duxi.  
 Non alienigenis sacras accedere mensas  
 Fas erit: at quod mancipium tibi seruit id ante  
 Legitimo de more seca, tum deniq; vestris  
 Interfit dapibus, non illas aduena gustet,  
 Non gentilis homo, qui pro mercede laborat.  
 Sint etiam tecto conuiuia vestra sub vno,  
 Nec quicquam de carne foras eferte, nec ossa  
 Strangite, sic faciat gens omnis nata Iacobo.  
 At perigrinantes qui conuersantur, & vltro  
 Pascha Deo seruare volunt, his masculas omnis  
 Si recutitus erit, vestra pro lege licebit  
 Vt comedat demum, velut ipse domesticus esset,

Et



Et post hac legem vobiscum seruet eandem.

Finierat Iehouas proceres ego deinde vocatos  
 Erudiens mandata Dei, sic alloquor ipsos:  
 Quisq<sub>3</sub> legat gregibus sibi de balantibus agnum  
 Pro se proque suis, quem iam pro paschate mactet  
 Agrinum, post hæc exceptum pelue cruorem  
 Fascibus hysopi per limina rite suprema,  
 In foribusq<sub>3</sub> duos per postes, spargite passim  
 Nulli fas exire domo lux orta priusquam  
 Manè diem reddat Iehouas quia nocte sub illa  
 In feret Isiacis plagas mortemq<sub>3</sub> repentem  
 Ast vbi sanguineum limen postesq<sub>3</sub> videbit  
 Transiliet sine cæde fores, ne noxius intret  
 Spiritus & vestras contristet funere sedes:  
 Hunc tibi perpetuum facias per secula ritum

Esus agni paschalis à Mose promulgatus.

Iamq<sub>3</sub> vt per Iehouam promissa tenebitis olim  
 Regna bonæ terræ, non hunc deponite cultum:  
 Huius vbi causam soboles tua sera requiret,  
 Sic illi referes: hæc sunt solennia sacri  
 PASCHATIS obseruanda Deo, qui clade cruenta  
 Afficiens Pharios Hebræas transijt ædes.  
 Hunc memorate diem monumentum in signe regressus  
 Quo Pelusiæcis Iehouas vos duxit ab oris  
 Seruitijs pressos, non paruis viribus vsus.  
 Hæc est illa, dies, hic latus mensis Abibus  
 Qui claro vobis affulsit euntibus ortu  
 Nunc ergo postquam magnus te Rector Olympi

Cap. 13. vers. 3.  
 Ritus Paschalis ad posterios propagandus.



MOSEIDOS.

Intulerit terris, quas gens Cananaea, serusq;  
 Occupat Hettaus, veteri quas natus Amoro  
 Heu ausq; tenet populus, Iebusiq; coloni  
 Qualia regna Deus patribus promissit in illis  
 Munera sunt lactis, sunt dulcia munera mellis.  
 Hac luna mihi, Paschales renouabis honores  
 Non fermentabis, donec lux orta resalget  
 Septima, quæ Iehouæ festiuas instruat aras.  
 Illa luce tuus hunc morem ediffere natis.  
 Hæc facimus, dices propter memorabile factum  
 Cælestis Iehouæ, Pharias quo tempore terras  
 Liquimus; hoc manibusq; tuis oculisq; reponas  
 Perpetuum signum, seruata vt lege quot annis  
 Hunc morem peragas, pro libertate recepta.

Consecratio  
 primogeni-  
 torum.

Iamq; vbi te Iehouas Cananaeis intulit oris,  
 Quasq; tibi patribusq; tuis (vt dixerat olim)  
 Possedisse dedit: tunc illi pectore grato  
 Delige pro sacris, quæ mascula matris ab alio  
 Prima datur proles hominum pecorumue: sed vnum  
 Aut oue mutabis, miserum aut iugulabis asellum  
 At qui unq; tuus primus tibi nascitur infans,  
 Hunc facies pretio siclorum quinq; redemptum  
 Cumq; tui quærent nati tabentibus annis  
 Quid sibi vult hæc religio? sic fateris illis:  
 Nos Deus Omnipotens magnus cum viribus olim  
 Duxit ab Aegypto, quæ nos oppressit inique  
 Seruitio longo: Nam Rex cum pectore duro  
 Abnueret nobis abitum, tum vindicæ letho,

Num. 3. ver 43.  
 Memoria libe-  
 rationis ad  
 posteros pro-  
 paganda.

Per



Per sedes, Pharias a summo occidit ad imum  
 Rex lehouas, primos foetus hominumq; boumq;  
 Ergo maternam sobolem, qua prima per aluum  
 Mascula progreditur, pro cultibus offero sacris  
 Primaq; legitimis soluo mea pignora nummis  
 Hoc tibi semper erit, post hac memorabile signum  
 Ante manus oculosq; tuos, quod robore magno  
 Huc nos Isiacis lehouas retraxit ab oris.

Hec ego caelicola postquam mandata parentis  
 Exposui populo, simul annait ille, genuq;  
 Exorat flexo, praepceptaq; iussa capebat  
 Noctis erat medium curasq; & corpora somnus  
 Soluerat, vi lehouas magna cum strage per omnem  
 Perfurit Aegyptum, & primos misere vndiq; foetus  
 Morte necat subita: exspirat Pharaonia proles  
 Maxima, iam sceptris regni donanda paterni:  
 Vsq; ad captiuinatum qui maximus annis  
 Iam fuerat: simul & pecorum qua prima propago  
 Vsq; fuit, vitam exhalant: crudelis vbiq;  
 Luctus, vbiq; pauor, & plurima mortis imago.

Excussi somno Pharao Phariq; ministri  
 Ante diem surgunt, surgunt Aegyptia turba  
 Exoritur clamorq; virum tristesq; querela,  
 Nec fuit vlla domus miserandi funeris expers,  
 Nec mora, continuo media Rex nocte vocauit  
 Me, fratremq; meum, procul hinc vos tollite clamat:  
 Ite citivos & populus de stirpe Iacobi  
 Et cultus offerte Deo, quos saepe rogastis

Cap. 12. ver 28.  
 Interitus pri-  
 mogenitoru.

Clamor & ei-  
 latus Aegypti-  
 orum.

E S

Quin



MOSEIDOS.

Quin etiam quæ sunt stabulis pecuaria vestris  
Balantumq; greges (vt nos orastis) euntes  
Ducite quo vultis: Pharaonihil amplius obstat,  
Ite modo & precibus pro me placate Tonantem.

Dimissio po-  
puli violenra.

Dixerat & Pphary cæca formidire pleni,  
Festinare iubent, illisq; excedere terris  
Nam gelida mortis nos omnes fata manebunt  
Sic aiunt trepidi: nobisq; petentibus vlrto  
Hæc sua vasa ferunt preioso ducta metallo  
Insuper hos etiam mundos quos cernis amictus:  
At non & spatium nobis fuit inde relictum

Victus pro Via  
tico.

Torrendæ Cæreris, quam orudam nostra tenebat  
Mastra quidem, nec fermenti falsugine mixtam.  
Ergo vias abitu celeri properare coacti  
Quisq; suam massam, sinuosa in veste ligatam,  
Iniectamq; humeris, secum portauit, eamq;  
Non fermentatam sibi manducare parauit.

Apodemiæ  
tempus

Iamq; quater centum reuolutis cursibus annis  
Exierat, iam terq; decem Solegerat orbis:  
Tempore tam longo in Pharijs male viximus oris.  
Hoc spatium exacto, luce vna, vno agmine facto,  
Stirps diuina virum Nilotica regna reliquit.

Oratio Mosis  
& Psalmo 105.

Ex illo celebratus honos, atq; inde minores  
Hanc seruant noctem clari de nomine facti.  
Quare age, chare socer, merita præconia laudis  
Soluamus Iehouæ, cælo quæ gessit ab alto  
Commemorare iuuat: cunetis ea gentibus acta  
Decantare iuuat; iuuat & miracula rerum

Car-



Carminibus celebrare sacris, cytharaq<sup>3</sup> sonora.  
 Hunc quotcunq<sup>3</sup> colunt, hilari de corde triumphum  
 Semper agent agite ergo Deum super astra potentem  
 Quemq<sup>3</sup> gerat vultum, vestra cognoscite mente  
 Quae tot monstra dedit, non postera nesciat etas  
 Quasq<sup>3</sup> tulit leges, longum servate per aevum  
 Vos ego compello, Abrami de semine natos  
 Qui cultor fuit ipse Dei, mea figite dicta  
 Quos genuit de Stirpe sua pius ille Iacobus:  
 Hic pater ille Deus, cui nos renouamus honores,  
 Imperium exercet iusta qui lance per orbem:  
 Faderis ille memor, quod cum maioribus olim  
 Fecit & esse ratum voluit, per millia multa:  
 Quamq<sup>3</sup> fidem dedit Abramo, qui sanguinis auctor  
 Primus erat, nato Isacio, rursusq<sup>3</sup> Iacobo  
 Proposuit, nunquam posthac mutabile pactum.  
 Sic ait: optatam (Canaas quam possidet) oram  
 Tuq<sup>3</sup> tuumq<sup>3</sup> genus, diuisa sorte tenebis.  
 Exigui numero, certa sine sede vagantes,  
 Per varias gentes sua castra subinde mouebant:  
 Illasos Iehouas texit, paenisq<sup>3</sup> seueris  
 Corripuit Reges, illis vt nemo noceret:  
 Neu violate meos vnctos, neu tangite vates,  
 Sic ait inde famem misit, victumq<sup>3</sup> negauit,  
 Nec super vlla fuit, mandendi copia panis,  
 Ecce virum legit, Iosephi nomine dictum,  
 Praeuius, vt Nili crudelia regna subiret,  
 Venditus in seruum, diro quem compede vinctum

Genes. 22. 16.

Gen. 41. ver. 57.

Pres-



M O S E I D O S

Genes. 41. ver.  
14.

Presserunt ferroq; graui per membra ligarunt  
Donec lata dies, fato praedicta refulsit  
Ut fieret lehoua diurno nomine plenus,  
Tunc Rex qui soluant, captiui vincula ministros  
Misit, & ille potens per subdita regna tyrannus  
Hunc sibi Niliaca praefectum legit in aula  
Huic & thesauros omnes, huic tradidit vni  
Sceptra sui Regni, Pharios qui semper haberet  
Ad nutum proceres, vt cultibus instruat ipsos,  
Ipse senes doceat, quae sit sapientia vera:

Genes. 46.  
verf. 6.

Tempore tunc illo tota cum gente Iacobus  
Venit in Ithacas peregrinus vt aduena terras  
Inde suum populum caeli terraq; creator,  
Auxit, vt & numero plures, & viribus essent  
Maiores illis, qui fata inimica parabant  
Qui male peruersi stimulis odere nefandis,  
Diuinam plebem sanctos odere ministros  
Vt premerent illos, non vi, sed fraude cruenta.

Exod. 10.

ver. 22.

Exod. ver. 20.

Exod. 8. ver. 6.

Ibid ver. 16.

Exod. 9. verf.

27. 3

At Deus Amramio misit de sanguine fratres  
Quorum opera fierent, miracula plurima rerum  
Per Canaæ regnum dictis caelestibus illi  
Dum parent, Deus eduxit de luce tenebras,  
Et fecit tetro, manantes sanguine riuos  
Squamigerumq; genus male perdidit, omnia foedis  
Constrauit ranis, per rura, per atria Regum  
Dixit & in totis obscæna examina terris  
Muscarum, Cyniphumq; ruunt strepit angulus omni;  
Protinus eiaculans mixtas cum grandine flammis

Per-



Percussit vites, percussit ab arbore ficus,  
 Diffidit arboreos tota cum stipite ramos  
 Dixit & innumera subito venere locusta  
 Insectiq; genus pratis segetiq; noxium  
 Primitias matrum vita priuauit, & omnes  
 Heredes primos heu funera misit acerbo,  
 Donec ab Isiacis, instructos diuite gaza,  
 Eduxit terris, non toto ex agmine quisquam  
 Aeger erat, quos exultans discedere tandem  
 Lata Pharos, longo soluit sua pectora luctu  
 Protinus egressos tuta cum nubere duxit  
 Nocturnasq; vias rexit cum lampade clara.  
 Orabant demisit aues, viuaq; cibauit  
 Ambrosia duris effudit rupibus vndas  
 Arenti in campo, sterilesq; rigauit arenas.  
 Nam memor ille fuit, quæ sancta oracula quondam  
 Ediderit famulo ipse suo de stemmate Tharæ  
 Sic sibi delectam gentem, de gentibus vnã  
 Duxit ouans, fremitu lato, plausuq; secundo:  
 Intulit & terris, quas barbarã turba colebat,  
 Vt bona quæ fuerant alijs possessa tenerent,  
 Semper vt obsequium præstent, & legibus vltro  
 Quas Deus ipse tulit, discant parere per auum.  
 Hunc celebrat e Deum, meritas huic diuite laudes.  
 Sic pater Amramides diuo narrabat ab ore  
 Tot miracula Dei, quas & durissima plagas  
 Pertulit Aegyptus, factog; hic sine quieuit

Exod. 10.  
 vers. 41.  
 Exod. 12.  
 Vers. 26.

Finis libri tertij Moseidos.





# LIBER QVARTVS

Moleidos.

Argument. Libr. 4.

*In quarto Leges non seruauere profani.*

Exod. 18. ver. 13  
Onus guber-  
nandi popu-  
lum.

Consilium  
Iethronis.

**P**ostera fulgebat roseis aurora capillis  
Flammiferumq<sup>3</sup> iubar terraq<sup>3</sup> poloq<sup>3</sup> reduxit:  
Cum pius Amramides populo clare iura sedebat,  
Quem iuxta stabant turbae longeq<sup>3</sup> manentes  
Protraxere moras, ad sera crepuscula noctis  
Quem Ietro socer, vt vidit magnumq<sup>3</sup> laborem  
Cognouit propius: quae te tam magna fatigat  
Cura tui populi? cur tu geris omnia solus,  
Et circum vulgus, primo cunctatur ab ortu,  
Hesperias donec Titan se mergit in vndas  
Sic ait: huic Moses: populus me consulit omnis  
Et responsa Dei quaerit: me dicere causas  
Me dare iura volunt: illis ego litibus ortis  
Ostendo quae sit sancta sententia legis.

Tum socer haud equidem res est haec commoda vobis  
Quam solus peragis, de lassas teq<sup>3</sup> virosq<sup>3</sup>  
Viribus hic labor est grauior, non omnia certe  
Vnus ages: sed quae tibi nunc pulcherrima dicam  
Consilijs pare, Deus aspirabit ab alto  
Ante Deum quae sunt tractanda negotia plebis  
Hae tibi sint curae, populis te condere leges  
Conuenit & sanctam vitæ prescribere normam

At



At qui deinde viri tibi erunt ex agmine toto  
 Constantes animis & religionis amantes  
 Et quibus est candor, quibus est mens nescia falsi  
 Et quibus est inuisus amor sceleratus habendi  
 Hos tu Rectores distincto præfice vulgo  
 Mille viros alijs, alijs ex ordine centum  
 Quinquaginta alijs, alijs his subijce quinq̃,  
 Hos à iudicijs habeant, pro tempore quouis  
 Si tamen offertur quæ res est pondere magno  
 Hanc ad te referent: causas sed deinde minores  
 Hi facile expedient, vt tu releueris, & illi  
 Hos operum possint tecum perferre labores,  
 Sic erit vt quæ sunt superi præcepta parentis.  
 Sufficias illis, & copia tanta virorum  
 Re benè perfecta possint ad tecta reuerti.  
 Haud mora consilijs, nec Moses iussa recusat,  
 Effaturq̃, viris: non vos ego solus & vnus,  
 Sustineo, si quidem Iehouas Deus ille paternus  
 Vos auxit, fecitq̃, pares cœlestibus astris  
 Multiplici numero (vos augeat ille deinceps  
 Millenis vicibus vobis promissit vt olim)  
 Qui potero solus, quæ tot mihi dura creatis  
 Iurgia, qui potero tot ferre negotia rerum  
 Ergo viros, agite è tribubus de promite vestris,  
 Qui sint consilijs instructi & mente sagaci  
 Quos vestros statuam proceres legumq̃, peritos  
 Dicta placent turbis tunc illis legifer heros  
 Deligit ex omni numero virtute potentes

Magistratus  
qualis esse  
debeat.

Deut. i. vers. 9.  
Oratio Moſis  
ad populum  
de nouo Ma-  
gistratu crea-  
do.

Inter



MOSEIDOS

Prohibetur

ωσσοωωωλ

uψia.

Jethro domū  
redit.

Can. 19.

Oratio Dei  
ad Mosen, de  
promulgatio  
legis

Inter quos, alijs dat millia tota virorum,  
Centum alijs subdit, sunt quinquaginta quibusdam  
Sunt alijsq; decem, subiecti more clientum  
Imperat his Moses: recte discernite causas  
Seu vestra gentis, seu ius miser aduena poscat.  
Non facies hominis vos iusta a lege reflectat  
Et promptis animis, aures prabete benignas,  
Supremis, minimisq; viris. & nemo potentum  
Terrorum incutiat, diuino munere iudex,  
Fungitur ipsa Dei vox est, vox iudicis aequi,  
Si qua tamen fuerit, qua vobis causa videtur  
Dura nimis, sinite, illa meas pertingat ad aures,  
Sic isti proceres, populo sua iura ferebant  
In re non grandi grandi pro Mose relicta  
His actis Ietro patrias remeant in oras:  
Et iam Luna catum ier luce repleuerat orbem  
Ex quo de Pharia fuerant tellure profecti  
Israele sati: montis deserta inae  
Hac luce arripiunt, Raphidis post terga relictis.  
Tum Deus Amramida clamat de colle supremo  
Talia cui propius venienti dicta profatur  
Hac reser Isacidis: quacunq; per Isidis vrbes,  
Monstra dedi, vestris oculis manifesta fuerunt,  
Ut vos portauit: ceu qua regina volucrum  
Impositos alijs gestat super aethere pullos.  
Sic mihi vos iunxi: si nostris vocibus aures  
Iam dabit, foedusq; meum seruabit equo  
Pectore vos populum pra gentibus omnibus vnum

Esse



Esse meum dicam, meus est vastissimus orbis  
 At vobis sacros cultus regniq; coronam  
 Cum sceptro credam, sanctos vos esse docebit  
 Hæc edice viris, quæ sum tibi verba locutus.

Approperat pius Amramides paribusq; vocatis  
 Talia proponit: paribus tum vocibus illi

Obedientia  
 populi.

Promittunt mandata Dei seruare tonantis,  
 His Deus auditis Mosen affatur & inquit:  
 En adero densis circumdatus vndiq; nimbis  
 Auribus vt capiant illi, quæ plurima tecum  
 Verba loquar, posthac tibi per secula credant.

Inunc, hanc illos, & lucem deinde sequentem  
 Expurga de more sacro, sint vestibus illi,

Sint animis etiam puri, nam sole ter orto  
 Descendet Iebouas super ista cacumina montis;  
 Ante oculos vulgi, certam cui ponere metam

Locus pro-  
 mulgarionis.

Fas erit, hos moreas, nemo conscendat in altum  
 Nemo pedes montis tangat, si quis tamen audax  
 Attigerit, soluet miserando funere pœnas:

Infandis manibus, si quis tractauerit illum  
 Obrue vel saxis, vel acutis fige sagittis,  
 Seu sit homo seu sorte pecus, non viuere fas est;

At tuba cum longe sonitum dabit ære canoro  
 Tunc erit vt rursus possint accedere montem.

Paruit Amramides, & turbas monte relicto,  
 Preparat ablutis tunicis, & satur ad illos,

Obedientia  
 in exequendis  
 Dei mandatis

Este benè instructi cum lux iam tertia cœlo,  
 Orta diem faciet, thalamis & parcite vestris.

E

Ter-



## MOSEIDOS

Maieſtas legis  
datæ.

Tertius ortus erat, claro iam lumine Phæbus  
Mane nouo, horriſonum tonitru cum fulgure crebro  
Intonat in voluit nubes denſiſſima collem:  
Buccinia terribiles ſonitus emugit in auras  
Attoniti tremuere viri, quos legifer heros  
Ad Iehouam propius caſtris producit, & illos,  
Imâ in parte locat, ſumat nions ipſe Sinaus.  
Nam Deus in flammis aderat, ceu flamma Camani  
Exhalat ſumum, mons inde remugijt omnis,  
Nec non ipſe tubæ magis obſtrepit vndiq; clangor.

Interdicitur  
mons Sinai.

Postquam conſedit Iehouas in monte ſupremo  
Expoſcit Moſen cui mutua verba loquenti  
Alta voce refert, & claro perſonat ore  
Dic age dic turbis, inquit, ne forte quis audax,  
Irrumpat, Iehouamq; velit ſpectare tonantem  
Ne ſic morte cadant multi: quin liniger ordo  
Accedens propius, vitio ſit purus ab omni  
Ne vicina Dei præſentia diſſipet illos  
Reddit ad hæc Moſes: populo non peruius vllus  
Huc patet accessus, tua quæ mandata fuerunt,  
Ponere cancellos, & ſanctum reddere montem,  
Huic iterum Iehouas age, vade & ſcande deorſum,  
Germanumq; tuum tecum huc ad duce volentem  
Non tamen & vates, non & promiſcua turba  
Huc inferre auſint pedes: ne numine noſtro,  
Oppreſſi pereant: Moſes hæc nunciat illis,  
Stans medius, populumq; inter ſuperumq; parentem  
Hæc mandata viris, clara qui voce ferebat:

Deutr. 5. ver. 5.  
Promulgatio  
Decalogi.  
Cap. 20.

116



Ille ego sum Iehouas, pura tibi mente colendus  
 Ille ego sum, qui te seruili mole grauatum  
 Epharijs duxi terris: ne finge prophanas  
 Extra me Diuos, statuas ne sculpe, nec vllam  
 Effigiem qualis caelo spectatur in alto,  
 Qualia vel terris vel aquis sunt monstra profundis,  
 His offerre preces, cultum his prestare caueto,  
 Illego namq, tuus Iehouas, Deus æmulus illam  
 Nequitiam, prauam quam commiserunt parentes  
 Per natos natorum, & qui nascuntur ab illis,  
 Plecto gradum in quartum, qui me auersantur iniquis,  
 Me tamen interea per millia multa benignum  
 Presto viris, qui me vero amplectuntur amore  
 Quiq, meas leges mea qui præcepta facessunt  
 Tu Iehouæ nomen vano non fateris ore,  
 Non impune feret, qui nomina sancta profanat  
 Sabbatha quin etiam sancte seruare memento,  
 Nam tibi sunt luces bis tres, pro rebus agendis  
 Septima lux supero sua postulat otia regi  
 Hic tu parce operis pueriq, tuaq, puellæ  
 Et famuli famulaq, tuæ, palustris trahendis  
 Abstineant iumenta suis: portisq, receptus  
 Aduena quisq, tuis, sacro de more quiescat  
 Sex pater ipse dies, totum qui temperat orbem  
 Incubuit studijs, cœlum dum condidit altum  
 Terrasq, Oceanumq, & quicquid habetur in illis  
 Septima sed postquam radijs aurora coruscis  
 Orbe nouo fulsit Iehouas cessauit & illum



M O S E I D O S

Tabula se-  
cunda.

Esse Diem sanctum voluit, vacuumq; laborem  
Semper honoratos etiam reuerere parentes,  
Vt diuturnus eas longæ per tempora vitæ  
In terra pingui Domino quam dante tenebis  
Ne cuiquam rapias, effuso sanguine vitam.  
Ne lubeat casti fines transire pudoris,  
Ne tibi sit furtiua manus seu pectus auarum  
Absit, te quenquam falsis traducere verbis.  
Non animo cupias, alius quas incolit ades  
Non animo cupias alienæ coniugis vsum  
Aut quos alter habet seruos, famulasue fideles  
Siue bouem aut asinum, seu quicquid possidet alter.

Populi trepi-  
datio.

Dixerat: at trepidum per dira tonitrua vulgus  
Vt videre iugis saltantes vndiq; flammæ,  
Horrisonosq; tubæ strepitus, atrumq; vaporem:  
Abscessere procul, Mosiq; hæc verba dedere:  
Quin age tu, queso, dicentis suscipe partes  
Nec sine, nos Iehouas diuo compellat vt ore  
Exanimetq; metu quæ sit diuina potestas,  
Vidimus, hanc Iehouas, hoc ipso tempore nobis  
Ostendit, diuosq; sonos ex igrine corusco  
Hauimus attoniti: cur tristia fata parantur  
Vt miseros perimat flammis ardentibus ignis,  
Si nostras feriet, Iehouæ vox amplius aures  
Funditus occidimus: quid enim de carne creati  
Vt quas terribiles qui viuit in æther voces  
Per flammæ edit, ceu nos audiuimus illas  
Ferre queant, vitamq; suam non inde relinquunt

Oratio popu-  
li ad Moisen.  
Deut. 5. ver. 30.



Tu cape qua sint verba Dei nobisq; recense,  
 Praesto erimus dictis: tunc illis legifer heros  
 Soluite corde metum: Dominus vos tentat vt ipsum  
 Discatis colere, & sanctas non temere leges.

Exod. 20.  
 vers. 20.  
 Responsum  
 Mosi,  
 Cap. 24.

Tum Deus Amramida: poteris dimittere turba  
 Tu tamen atq; tibi fraterno sanguine iunctus  
 Cum natis Aro veniat, totusq; senatus.  
 Qui decies septem, sunt toto exagmine lecti,  
 Eminus & sacris superum placate parentem  
 At coram Iehaua Moses stet cominus vnus  
 Accessuq; patres reliquos, populumq; repellat  
 Nunciat hac Moses diuina oracula turbis  
 Assensere omnes, & sanctis legibus vltro,  
 Promittunt gratum obsequium, vox omnibus vna.  
 Hac vbi verba Dei, conscripserat omnia Moses  
 Se parat, & cum luce noua, sibi montis ad imum  
 Bis semis Aram suffultam rite columnis  
 Extruit: ad numerum tribuum de stirpe Iacobi,  
 Mittit & Isacidas Iuuenes, qui tergora tauris  
 Dirripiant, & tota sacris ea viscere flammis  
 Imponant gratesq; Deo per munera soluant.  
 Ipse pater mediam fuso de sanguine partem  
 Infundit pelui: mediam dispergit in auras  
 Accepitq; libro, qui foedera diua tenebat  
 Auribus inculcat populi, quos pectore prompto  
 Vt sensit parere Deo, de pelue cruorem  
 Accipit & lustrans: cruor hic est foederis inquit  
 Foederis illius, magni quod conditor orbis

Confirmatio  
 legis pacto  
 foedere

Ritus foederis.



MOSEIDOS.

Teophania  
facta Prin-  
cipibus.

Vobiscum pepigit, verbis super omnibus istis  
His actis, pater Amramides, Aroq<sup>3</sup>, sacerdos,  
Et nati comites, Abius, cum fratre Nadabo,  
Atq<sup>3</sup> viri decies septem, fastigia montis,  
Summa petunt, Deus Isacidum comparuit illis.  
Sub pedibus Saphirus erat, cœlumq<sup>3</sup> serenum:  
Non tamen & manibus primores attigit illos  
Qui viso Domino, dapibus sunt deinde refe<sup>ti</sup>  
Tum genitor rerum, Mosen ad culmina montis  
Summa vocat: nam tu noli discedere, fatur  
Ut tradam tabulas duro de Marmore casas,  
In quibus inscripsi, quæ tu mea iura docebis.

Mose: redit in  
montem &  
Deo Conuer-  
satur.

Iamq<sup>3</sup> parat, Moses celsum conscendere montem  
Adiungitq<sup>3</sup> sibi iuuenem, cui Iosua nomen  
Nunc satum: prius atq<sup>3</sup> viris hæc iussa relinquit,  
Expectate meum reditum, vos Hurus & Aro  
Instituent, ius dicturi de litibus ortis.  
Ut tenuit montem summum densissima nubes  
Maestasq<sup>3</sup> Dei nimbis hunc ambit opacis,  
Per sex vsq<sup>3</sup> dies, donec lux septima fulsit:  
Qua Deus ætherea Mosen de nube vocavit  
Gloria talis erat, coram spectantibus illis  
Ut credant apicem flammis ardere supremum.  
Tum pater ingreditur medijs per nubila collis,  
Et donec fruitur superi sermone parentis  
Sunt quadraginta luces noctesq<sup>3</sup> peractæ.

Cap. 32.

Interea dum lentus abest reditumq<sup>3</sup> moratur  
Confluxere viri passim, magnoq<sup>3</sup> tumultu



*Invadunt vatem Aaronem, cui talia rumpunt*

*Nunc age tu nostra da sacra DEosq̄, sacerdos*

*Auspicijs quorum posthac ducamur euntes,*

*Nam cuius ductu Pharijs excessimus oris,*

*Quæ fortuna virum teneat non audijt vllus.*

*His Aro vestris quod pendet ab auribus aurũ,*

*Matribus & natis cultisq̄, auferte puellis,*

*Hoc date deinde mihi: parent his vocibus illi.*

*Ex spoliant aures, congestaq̄, munera vati*

*Quiq̄, tulit, manibus promptis & pectore lato.*

*Accepit vates, formamq̄, impressit & inde*

*Conflavit vitulum, vulgusq̄, acclamat, & , õ gēs,*

*Hi sunt Dypatry, qui vos ex Isidie terra*

*Auspicijs duxere suis: vt talia sensit*

*Heu malè seductus vates sibi liniger aram*

*Inchoat, & cras festiuos indicit honores.*

*Consurgunt matutini, mactantq̄, iuuenos,*

*Quos solidos sacris imponut ignibus aræ:*

*Diusq̄, nouis, grates soluunt, fusiq̄, per herbam*

*Indulgent vino & dapibus, luduntq̄, Choreis,*

*At Deus irato Mosi sic fatur ab ore*

*Vade age, perge tuum ad populum, quos nuper aboris*

*Duxisti Isiacis, peccarunt crimine magno,*

*Namq̄, meas leges violarunt turpiter illi,*

*Quadrupedemq̄, sibi fuluo fudere metallo,*

*Cui cultum faciunt, & tanquam numen adorant,*

*Appellantq̄, Deos, quorum virtute reducti*

*Agypto exierint, horum durissima dudum.*

*Idololatria  
populi.*

*Vitulus au-  
reus.*

*Oratio Dei a  
Mosen vbi Po-  
pulus accu-  
satur.*



MOSEIDOS.

Pectora cognosco, sine me furibundus ut illos.  
 Protinus extinguam tibi sed populo sa manebit.  
 A me posteritas promissaq; regna tenebit  
 At pius Amramides hac verba precantia fundit.  
 Alme pater, quare tantas ardescis in iras  
 Hanc contra gentem, quam vi, quam numine magno,  
 Tu pater ipse tibi seruasti e Memphide raptam  
 Cur Fhary dicent Deus hos ut perdere posset  
 In proprium exitum procul his abstraxit ab oris  
 Tollat ut e medio precor hunc auerte furorem  
 Daveniam scelerit, atq; tuos tibi queso ministros  
 In mentem reuoca Abramum charosq; nepotes  
 His tu iurasti testemq; terq; ipse dedisti  
 Vos ego tam multos reddam, quam multa per altum  
 Lumina sint caelum vestroq; e sanguine natis  
 Regna dabo, quae promissi, dominanda per eum  
 His igitur motus lehouas mala tanta remisit  
 Quae seuis animis, populo fuit ante minatus  
 Egiser inde pater, cello de morte reuersus,  
 Ipse vitam sesat ad turbas, & foederis ambas  
 Fert manibus tabulas scriptis vtring; notatas.  
 Ipse sua dextra, quas sculpsit Rector Olympi  
 Iamq; vbi Nundines strepitum murmurq; vocantur  
 Audyt affatur Mosen, it clamor in ipsis  
 Exortus Castris ceu quando bella geruntur  
 Huic Moses, non vox victorum siue cadentum  
 Ista mihi est, mihi vox cantantum personat ares.  
 Ut propius venit, visumq; in Castra reflexit

Intercessio  
 Mosis pro  
 populo.

Reditus Mosis  
 in castra.

Con-



Conflatum pecus, atq; Choros spectauit agentes  
 Atrâ bile furens, tabulas proiecit vtrâq;  
 Illisitq; solo, & montem confregit ad imum  
 Hinc quem conflarant, lique facto ex ore iuuentum  
 In cineres vertit, limphisq; immiscet, & illas  
 Dans potare viris, nihil vlla è parte relinquit.

Indignatio  
 Mosis.

Hinc vatem Aronem dictis inuadit acerbis,  
 Nam quæ causa fuit tanta te preedere culpa  
 Has tibi commissas turbas, huic territus Aro  
 Parce iræ, vir magnæ: tuæ charissime frater,  
 Nosti equidem, quam sit gens intractabilis isthæc  
 Pone Deos, dixere mihi, qui ducere possint  
 Auspicijs nos deinde suis, non audijt vllus  
 Illum ductorem Mosen, quæ facta sequantur  
 His ego quisquis erit nitidunt sibi detrahat aurum  
 Idq; mihi tradat: rapidis dum mollio flammis  
 Prodiit è liquido mihi bucula facta metallo,  
 Vt Pater Amramides corrupti pectora vulgi,  
 Cognouit, quos sic peruertit liniger Aro,  
 Exposuitq; suis infames hostibus illos  
 Stans inter turbas, portas capit, atq; ita fatur.  
 Qui pius est Iehouamq; colit mihi promptus adesto:  
 Concurrunt omnes Leueo sanguine nati.  
 His ait, hæc vobis cælo mandauit ab alto,  
 Ipse Deus vindex gladios accingite lumbis  
 Quisq; suis & castrorum peruadite portas  
 Cædite, nec fratri, nec amicis parcite vestris:  
 Sed sacrate Deo fraterno in sanguine dextras

Oratio Mosis  
 ad Aronem.

Supplicium  
 Idolatriæ.



## MOSEIDOS

His equidem ceptis prosperrima fata dabuntur.  
Dixerat, obsequio paret Leuitica pubes,  
Et ter mille viros hac vna luce trucidat.

Oratio Mosis  
ad Deum pro  
populo.

Responsum  
Dei.

Cap. 3. ver. 3.  
Oratio Mosis  
petitoria.

Mane nouo surgit Moses, & talibus infit:  
Grande nefas est commissum, non ergo reuertar  
Vt possim placare patrem, qui regnat in alto,  
Sic ait: & coram Iehoua sic ore precatur:  
Heu malè peccarunt & cæco pectore Diuos  
Ex auro fecere sibi tu quaeso remittas  
Hoc illis, pater alme, nefas, aut me quoq; libro  
Dome tuo, nomenq; meumq; per secula dele  
Quid reddit Iehouas mihi qui delinquit iniquus  
Hunc ego deinde meo, quem scripsi è codice tollam:  
I tu duce viros quo dixi præuius ibit  
Angelus ecce meus, dabitur labentibus annis,  
Vt capiam sceleris venturo tempore pœnas  
Non ego me comitem iungam durissima gens es,  
Ne medio in cursu perdam te forte rebellem  
Talibus auditis duris sermonibus illi  
Signa dabant luctus posito de corpore cultu.  
At pater Amramides Iehouam sic voce precatur.  
Ecce iubes, i, duce viros non indice certo  
Quem mecum mittas velut es mihi sæpè locutus,  
Nomine te noui, tu vir mihi gratior vnus:  
Ante tuos oculos si qua mihi gratia restat  
Ipse tuas ostende vias, vt certior inde  
Te noscam, frontemq; queam spectare benignam:  
Gens tua, gens hæc est, illam tu respice quaeso,

Nam



Nam tuani facies aderit, nos ducere noli  
 Vltcrius nam quo dabitur cognoscere signo  
 Quam grato videas aspectu meq<sup>3</sup>, tuumq<sup>3</sup>,  
 Hunc populum: si tu non ductor euntibus ibis.  
 Inde magis crescet longissima fama tuorum  
 Ante omnes gentes, totus quas continet orbis  
 Sic ait: huic Iehouas: labitur quocunq<sup>3</sup>, petisti  
 Tu mihi namq<sup>3</sup>, places ipso te nuncmine noui.  
 Ille refert, quin ergo mihi pater optime monstras,  
 In qua maiestate sedes huc talibus insit  
 Conditor Omnipotens, equidem tu deinde videbis  
 Omne bonum transire meum, coramq<sup>3</sup>, vocabo  
 Supremum Iehouae nomen: nam corde benigno  
 Cui faueo faueo, cuicunq<sup>3</sup>, remitto, remitto.  
 Non tu inquit, erit coram te cernere vultum  
 Posse meum: qui me mortali semine cretus  
 Aspicit, haud superesse potest: tunc amplius inquit:  
 Est locus, ecce mihi supra fastigia montis  
 Hic stare vola, cum iam mea gloria perget  
 Te statuam saxo exeso, te dextra tectum  
 Nostra dabit, dum transiero, qua deinde remota  
 Aspicias me posterius, nam fronte negatum est.

Tu velut ante tibi tabulas iam sculpe gemellas  
 Pro verbis, saxo qua primo impressa fuerunt,  
 Quod tu fregisti cras ut sis mane paratus  
 Comparere mihi supremo in vertice montis.  
 Nemo comes veniat, circaq<sup>3</sup>, incautus oberret,  
 Non fas hic vel oues, vel pascua querere tauros.

Dens promittit  
 ut Mosi reue-  
 lationem sua  
 Maiestatis.

Cap. 34.  
 Reparantur  
 Tabulae legis

Dix-



MOSEIDOS.

Dixerat Amramides gemino de marmore casus  
 Ad primum exemplum partes componit, & inde  
 Ad colles properat prima cum luce Sinaeos  
 Et quod iussus erat tabulas vtrasq; gerebat  
 At se cum nimbo Iehouas demisit & illum  
 Accessit propius: Iehoua de nomine clara  
 Voce sonans, at cum Iehouas transcurreret isthic,  
 Ante ipsum: Iehoua Iehoua, Deus alme vocauit,  
 Tu Deus es mitis clemens, & tardus od iram  
 Tuq; bonam te demonstras per mille nepotes  
 Indulgens sceleris facilis, veniaq; paratus.  
 Te coram nemo innocuus, delicta parentum  
 Per natos punire soles, quartosq; nepotes.

Apparitio  
 Dei.  
 oratio Mosis  
 ad Deū visum.

Miraculosa  
 Mosis absti-  
 nentia.  
 Ibid. vers 29.  
 Splendor in  
 facie Mosis.

Ocyus Amramides in humo prostratus adorat:  
 Alme pater, si me vultu spectare benigno  
 Dignaris, Dux noster ades, nam durus & asper  
 Est populus, tua sit presto clementia nobis  
 Ut nos heredes regni velis esse futuri.  
 Sic ait: & bis viginti noctesq; diesq;  
 Degit apud Iehouam, potuq; ciboq; relicto  
 Pactaq; verba decem tabulis inscribit vtrisq;  
 Ut redijt geminumq; in scripto scedere saxum  
 Attulit in manibus, cornutos fronte micantes  
 Alloquio Iehouæ radios ignorat ut illos  
 Spectarunt, non Isacida, non liniger Aron  
 Audet adire virum: quos Moses voce vocauit  
 Et versos ad se proceres Aronaq; fratrem  
 Aggreditur dictis, & turbas cominus omnes.

In-



Instruit, & seruanda Dei praecepta recenset  
 At hunc verba facit radiorum lumine claram  
 Obuelat faciem, sed quando oracula petebat  
 Carbasa deposuit, vultu splendente reuersum  
 Tunc videre viri, Moses his agmine toto

Collectis fatur: Iehouas quae praecipit haec sunt:

Pro rebus vestris his tres sunt ordine luces  
 Septima sed Iehouae requiem, & sacra Sabbathae seruat  
 Amittat vitam faciens hac luce labores  
 Nemo domi prunis stuppas humore carentes  
 Admoueat, rapiatue suo de fomite flammam  
 Nemo focis operans sopitos excitet ignes.

Iam vero in medium pro sacris dona parandis  
 Quisq; ferat promptus, gazas vel diuitis auri  
 Argenti atq; eris, varie vel tincta colore  
 Serica, quae referant ferrugineos hyacinthos  
 Ostrumq; & coccum, & byssam, tenuesq; caprarum  
 Si quis habet pilos, aut velleria tincta cruore  
 Qualia fert Aries, & picto corpore Thassus.  
 Ligna Cedri, laticemq; Oleae, pro lampade sacra  
 Et qui chrisma, & quae sustimen aromata poscit  
 Atq; Onychas, gemmasq; alias, quas veste sacrata  
 Et folio inclusas vates in pectore gestet.

Nunc si cui virtus, qui tali praestat in arte  
 Adsit & vtatur manibus, iussosq; labores  
 Perficiat prudens: primo tentoria ponat  
 Cortinis distincta suis, huic insuper addat  
 Tegmina iuncturas, tabulas, vectesq; basesq;

Cap. 35.  
 Edictum de  
 extruendo  
 tabernaculo.

Materia Ta-  
 bernaculi.

Forma Taber-  
 naculi.

Hinc



MŌSEIDOS.

Hinc struat auratis sacram cum postibus arcam  
 Ex auro solido super hanc imponat operculum,  
 Ex quo gratia patris superi responsa petantur,  
 Et velo inuoluat contextis vndiq; signis,  
 Sic mensam truncosq; eius portantibus aptos  
 Et vasa & panes qui proponuntur in illo.  
 Candelabrum etiam, per quod de nocte per adem  
 Fundatur late pulsa caligine lumen  
 Quicquid & huc spectat, ramatas quippe lucernas,  
 Atque oleum semel accensos quod nutriat ignes.  
 Inde suis auro tectam cum cornibus aram  
 Auratis & quæ species adolentur acerris.  
 Præ foribusq; domus, cum pulchris vela figuris.  
 Et cancellatum tauris altare cremandis,  
 Quicquid & ad pecudes mactandas postulat usus.  
 Cum sustentaculo fabrefactum ex ære lauacrum  
 Atria quod claudat velum, postesq; pedesq;  
 Et pannum pro vestibulo quod pendeat ipso,  
 Cum clavis laqueisq; suis ex arte ligatum.  
 Denique quas vestes in cultu sacra requirunt.  
 Pontificisq; habitum, pro vate Arone parandum  
 Proq; viris, illo qui sunt de sanguine nati.  
 En Deus, Vriaden, cui nomen Bezalieli,  
 Huro patre satum, de stemmate fortis Iudæ  
 Hunc sibi deligit, qui sit prudentior vnus  
 Et rerum sapiens, & doctus in arte Magister  
 Artificij tractare manu quodcunq; metallum,  
 Aurum, æs argentum, plurasq; includere gemmas

Cap. 35. ver. 30.  
 Artifices Ta-  
 bernaculi.



Et dolabris vri, & varias meditarier artes,  
Nam Deus ingenium dedit huic sub pectore doctum.

Quin etiam Oliabum generis decus Abimafachi  
Danaea de stirpe virum, quos Rector Olympi  
Praclaro pariter repleuit acumine mentis  
Qui caelis & acu praestent, vt texere possint  
Seu ferrugineum, coccine ostrive colorem,  
Omnia solerter faciant indagine mira.

Dixerat ad dimissa cohors deuota tulerunt  
Sponte sua quiuis pro sacra munera cultu:  
Cumq; viris matres detracta monilia dextris  
Aurea, tum quicquid digitos ornabat & aures  
Et quacunq; fuit cuiuis aurata suppellex  
Allata est Iehoua sacro de more leuanda.

Cuique Hyacinthus erat, coccusq; & byssus, & Ostrum  
Capriniq; gregis crines, & murice tincta  
Arretis aut Thasti polles huc illa ferebat,  
Aerea quae fuerat, quacunq; argentea cuiuis  
Copia, pro Iehoua tulit hanc de more mouendam,  
Et Cederis diues pro fabris attulit vltro.

Textrices etiam quae foemina calluit artes  
Ipsa suo toties versatum pollice, doctum  
Expediebat opus, studio fallente laborem  
Illic quae lubeam & roseam, quaeq; insuper albam  
Filia trahunt faciem, longos glomerantur in orbes  
Lanificaq; nurus animo caprina parato  
Vetera mollibant, tendentes stamine telas,

Hic & Sardonychas, lapidesq; Oriente petitos

Ibid. vers. 20.  
Populi con-  
tribuentis li-  
beralitas.

Pro-



MOSEIDOS.

Prospexit pia cura ducum, pro vesti supremi  
 Pontificis, pro tra cleola quam pectore sacro  
 E varijs gemmis perfectam gestet & auro  
 Quin & aromaticas species, pinguemq; liquorem  
 Pro facibus, pro suffitu, proque vngvine sacro.  
 Sic gens Isacidum iuvenes matresq; volentes  
 Multa ministrarunt sacro sua munera cultu

Cap. 36. ver. 4. Inq; dies omnes donaria vulgus aceruat.

Inde laborantes Mosi dixerunt Magistri  
 Turba ferunt, operis plus quam structura requirit.  
 His pater auditis, præconis voce per omnes  
 Castrorum plateas proclamat talis turbis:

Cap. 38. ver. 21.  
 Expensæ Ta-  
 bernaculi.

Parcite, nec posthac tribuat sua munera quisquam  
 Et sic cessatum est: ut res magna superque  
 Adfuit ad varias operas rerumq; labores.

At postquam numerata fuit iam tota supelleæ  
 Tradit aq; Ithamaro, quem maximus edidit Aron:  
 Omne quod expensum est, pro vasis omnibus aurum,  
 Bisque decem Ciraræque nouem, sunt vsque repertæ  
 Et septingenti sacro pro pondere sicli,  
 Trigintaq; super: nec non argentea vasa  
 Oblata à vulgo, Cicararum pondera centum  
 Septingenta etiam Siclorum & millia pondo  
 Et quinque & decies septem: pro pondere sancto.  
 Ex omni numero iuuenum quos annus habebat  
 Bis decimus, maiorque ætas, à millibus vsque  
 Sexcentisque tribusque virum, numeroque resumpto  
 Quingentis, & quinquaginta ex ordine lectis.



LIBER QVARTVS

Insuper hinc aris magnus superabat aceruus  
 Cum decies septem Cicaris, duo tota sacrorum  
 Millia Siclorum, & quadringenti ordine sumpti.  
 Et iam tota fuit perfecta sacra supellex:  
 Quam pater Amramides aspectans fronte benigna  
 Ipse recognouit, verba & felicia dixit.

Cap. 39. v. 43.

Ecce autem Phario quem mater Hebraea marito  
 Dibriadum Selomitha decus, de stemmate Danis  
 Ediderat, quidam iuuenis per castra ruebat.  
 Accensus furus, soluens in iurgia linguam,  
 Isacium contra socium, fremit ore proteruo,  
 Plurima per sacrum dicens conuitia nomen,  
 Et mala multa optans: hunc ergo turba furentem  
 Non tulit vltimus, tristi sed carcere clausit,  
 Donec eis claro lehouas ediceret ore  
 Supplicium: isq; adytis hac tristia dicta profatur:  
 Tollite dirum hominem, mediusq; educite castris  
 Et quotquot diras hunc audiuerunt precantem  
 Imponant capiti dextram, gens omnis in illum  
 Irruat, & saxis Stygias derrudat ad vndas.  
 Hac edice viris: reus hic mihi criminis esto,  
 In Dominum maledicta suum qui congerit, & qui  
 Ore suo lehoua nomen caeleste profanat,  
 Morte luat merita: veniat plebs omnis in vnum  
 Et saxis perimat nocuum, discrimine nullo,  
 Seu ciuis, seu sit peregrinis hospes ab oris.

Leuit. 24. v. 10.  
 Historia de  
 blasphemo  
 lapidato.

Lex blasphemiz.

G

At



MOSEIDOS.

*At pater Amramides, populo hac responsa vapor:  
Tunc illi castris productum morte cruentâ (cas:  
Interimunt, saxiſq; ad tristia Tartara mittunt.*

F  
I N I  
S.

Libri IIII. Moseidos.



ERRATA





**ERRATA QVÆ SATIS**  
multa inter excudendum irreperunt.

**PRIOR NUMERVS PAGI-**  
*nam, posterior lineam denotat.*

**I**N præfatione pag. 1. lin. 8. pro AËgypto lege AËgy-  
pto. Ibid. lin. 24. pro μεθοδος lege μέθοδος, pag.  
2. lin. 12. pro & lege e. Ibid. l. 14. pro Genalog. lege  
Genealog, pag. 3. l. 5. pro conueuiunt l. conueniunt.  
Ibid. l. 26. lege φυσική siue τεχνική μεθόδω, pag. 4. lin.  
7. pro Ægyptiis lege Ægyptiis, pag. 5. l. 5. pro Cancel-  
lar lege Cancellario, Ibidem l. 20. pro Agathan lege  
Agatham. Ibid. l. 24. interpone: Mense Febr. pag. 7  
l. 9. pro ἐμφασιναῖ lege ἐμφασιναῖ. Ibid. l. 26. pro &  
Ian. lege mense Augusto, pag. 8. l. 1 dele: Liber Pri-  
mus lege **ELEGIAE QVÆDAM**. Ibid. l. 4. pro Elig.  
lege Eleg. Ibid. l. 8. pro Cœnohiar lege Cœnobiar-  
cha. Ibid. l. 11. pro ingenij lege ingemui, pag. 1. l. 1. pro  
MOSEIDOS lege **ELEGIAE**. Ibid. l. 3. pro Laertiades lege  
Laertiades. Ibid. l. 16. pro repubescos lege repubescos.  
Ibid. l. 26. pro grandæuæ lege grandæve, pag. 1. l. 1. pro  
**LIBER PRIMVS** lege **ELEGIAE QVÆDAM**. Ibid. l. 18. pro  
festivè lege festivæ. Ibid. l. 24. pro magnæ lege magne,  
eadem lin. pro illo lege ille, pag. 2. l. 1. pro MOSEIDOS  
lege **ELEGIAE QVÆDAM**. Ibid. l. 16. pro est lege es. Ibid.  
l. 25. pro tua lege tuæ. Ibid. l. 28. pro interpone, propter  
propter, pag. 2. l. 1. pro **LIBER PRIMVS** lege **ELEGIAE**  
**QVÆDAM**. Ibid. l. 3. pro mortuæ l. mortue. Ibid. l. 4. pro  
Æneam lege Ænean. Ibid. l. 9. pro Christioclis lege  
Christicolis. Ibid. l. 28. pro aqua lege æqua, pag. 3. l. 1.  
pro MOSEID. lege **ELEGIAE QVÆDAM**, pa. 3. l. 10. pro  
EBERHARD lege ERHARD, pag. 3. l. 1. pro **LIBER PRIM.**  
lege **ELEGIAE QVÆDAM**. Ibid. l. 3. pro quæquæ lege  
quæquæ.



quæque. Ibid. l. 24. pro maximè lege maxime, pag. 4.  
 l. 1. pro LIBER PRIM. lege ELEGIAE. Ibid. l. 4. pro arte le-  
 ge certè. Ibid. l. 16. interpone, cantantq; colutq; Poë-  
 tæ. Ibid. l. 17. pro Cæsaris lege Cæsaris. Ibid. l. 23. pro  
 Heret aureol. lege Hæret, & aureol. l. 25. pro dacoret  
 lege decoret, l. 27. pro Magnas lege Magnus, l. 28. pro  
 prauos lege proauos, pag. 5. l. 1. pro M O S E I D O S lege  
 ELEGIAE, pag. 5. l. 1. pro BOLINGERI lege BOLLING. Ibi.  
 l. 6. pro Liber primus lege Libri primi. Ibid. l. 8. pro  
 cermine lege carm. pag. 6. l. 4. pro Anfugisse l. Aufug.  
 Ibid. l. 7. pro Israelignas lege Israeligenas. Ibi. l. 11. pro  
 cuuctos lege cunctos. Ibid. l. 15. pro comprehendunt  
 lege comprehendunt. Ibid. l. 27. pro nunquit lege nun-  
 quid, pag. 7. l. 4. pro spectata lege spectate. Ibid. l. 10.  
 pro Hebrææ turbe lege Hebrææ turbæ. l. 12. pro euen-  
 tib. lege cuntib. l. 17. leg. equestri, pag. 8. l. 6. pro cauda-  
 uera lege cadauera, pag. 8. l. 5. pro immanissimus lege  
 immanissimus l. 8. pro dextra lege dextera. lin. 11. pro  
 mias lege imas, lin. vlt. pro rile lege ritè, pag. 9. l. 4. pro  
 sacrario lege sacraria, lin. 5. pro ænum lege æuum, l. 9.  
 pro facere lege fecère, l. 11. pro presaga lege præsaga, l.  
 15. pro laudamus lege ludamus, lin. 25. pro signetus, si-  
 gnatus, l. 27. pro sitim, sitim, l. 29. pro signum lege li-  
 gnum, pag. 9. l. 2. pro quod, quo. Ibid. li. 14. pro se, sed,  
 l. 22. pro prædere, perdere, pag. 10. lin. 14. pro audij, au-  
 diit, lin. 21. pro simus, sumus, l. 22. pro si, sed, l. 23. pro  
 ad, at, l. 27. pro desertus lege desertas, pag. 10. l. 3. pro  
 sola lege Sole, l. 9. interpone, lateq;, l. 10. pro Bos lege  
 Ros, l. 11. pro cadente lege cedente, pro quideam lege  
 quiddam, l. 25. pro luat, lege huic, pro qum lege quin,  
 pag. 11. l. 2. pro malingus, malignus, l. 4. pro quisquæ,  
 quisque, l. 9. pro gemestas, gemellas, l. 14. pro coixisse  
 lege coxisse, pag. 14. l. 11. pro eger lege æger. l. 26. pro  
 quæ, quia, pag. 16. l. 9. pro vani lege vacui, lin. 25. pro  
 lautus lege locutus, pag. 7. lin. 8. pro protulit, proluit,  
 l. 11. pro quam, quin, &c.

*Reliqua Lectori committimus.*



o  
ct  
o  
c  
i.  
o  
o  
t  
t  
t









Ch 1856. 08

ULB Halle

3

002 386 801




~~1856~~


U077

1856









# MOSEIS

BL 1603

*De rebus gestis Mosis, in exitu  
Israëlitarum ex Aegypto:  
Per Libros quatuor, Heroico carmine  
Ad imitationem Aeneid. Virg.*

Deducta,

Ab

FRIDRICO BOLLINGERO

Art. M. & P. Cor. Illustris Scholæ Be-  
benhusanæ Præceptore in Ducatu  
VVürtembergico.



Hanncoforti, ad Mœnum apud Nicolaum Bassæum,  
M. D. XCVII.